Sigismundus Certus &c Significamus &c Quod cum de Gnoso Ioanne Karnkowski Terræ Dobrzynensis Succamerario præclara multa cognouissemus. Cum nimirum præterquam quod familia in hoc Regno clara sit natus, esse præterea singulari animi dexteritate, summa integritatis, iuris patrij peritum, de Repub. vero ac Serenissimis antecessoribus nris ac nobis ipsis hoc Regni nri initio o', ptimè meritū, ita vt ob suas istas virtutes et dotes, meritò nobis sit promouendus. Vacaretq; morte Gnosi Ioannis Gladziewski Castellani Lanciciensis Capitaneatus Lancitiensis, illi potissimum eum conferendum esse existimauimus, literisq; discessoris, in quā tum ipsum de iure et legibus Regni nri publicis obtinere potest conferimus et concedimus, cum plena et integra ipsius iurisdictione, Castro, Oppidis, Villis, prædijs, nec non omnibus in genere reditibus, censibus, fructibus, prouentibus, vniuersisq; attinentijs pertinen, vtilitatibus, comodis et emolumentis, nullis exceptis, ad extrema vsq; vitæ ipsius tempora administran, tenen, possiden et vtifruen. Ita tamen, vt præter quartam prouentuum partem quā singulis annis pro loco et tempore legibus Regni præscripto, inferret, dimidia prouentuū et reditū dicti Capitaneatus parte contentus sit. Ex altera vero medietate, persoluta ex ea quolibet anno Nobili Bartholomæo Janodynski centum marcarg Polonicā persione, omne residuum Gnoso Stanislao Bylcowski Castellano Conarien Lanciciensi singulis annis pendere et numerare teneatur. Debebit præterea Nobilem Albertum Za-

Cessi m arenda eiusdē Capitaneatus Lancitiensis ad festa
Pentecosten proxime ventura per Dlagcum Joannem Dul;
sti Castellanum Culmēnē Regni nri Thesaurarium ipsi concessa conseruare. Promittimus autē pro nobis et Sereñis Successoribus nris, quod durante vita pfati Gnosi Joañis Karnkow;
sti ipsum a possone et vsu dicti Capitaneatus eiusq3 pertinē;
tiarū non amouebimus, nec id quempiam aliū facere permitte;
mus neq3 Sereñ Successores nri idipsum facturi faciendiue pote
statem cuiquā daturi sunt. Juribus tamen nris Regijs et Re
pub. Ecclesiarumq3 et Ecclesiasticarū personarū ibidem salvis
Quod ad notitiam omniū et singulorū quos interest, pserti̇m vero
Dignitariorū Officialium, vniuersq3 Nobilitati Lancitien de;
ducimus, mandan vt eum ipsum Gnosum Joannem Karnkow sti
pro vero et ltimo Lancitien nro Capitaneo habeant et agno
scant, eius iurisdoni pareant, atq3 de loco, iuribus progatiuis
fructibus, et prouentibus vniuersis ipsi concernentibus respon;
deant, responderiq3 ab ijs quorum interest faciant. Pro
gra nra secus non facturi. In cuius rei fidem rc Data Cra
couie die Vigesima quarta mensis Martij. Anno dni Mil
lesimo, quingentesimo Octuagesimo Octauo. Regni nri primo
Sigismundus Rex.

Alb. Laski cedit Racziński

v. 11. Sigismundus Tertius rc Significamus rc Quod posteaq3 ad petita Magnifici Alberti Laski Palatini Syradiensis in lecto egritudinis die Cracouie decumbentis, legibus Regni

initantes Vnabilem Stanislaum Sieczinscki Plebanum Lubar-
ensem Secretarium nrum, ad suscipiendu ab eo recognitionem cer-
tas missemus et deputaßemus. Qui quidem Secretarius nr
postmodu ab illo rediens, coram nobis et ad Acta Cancella-
rie nrae retulit, eundem Magcum Palatinum Syradiens in le-
cto aegritudinis in domo lapidea Magci Stanislai Comitis a
Gorka Palatini Osnaniens hospitij sui decumbentis, licet aegru
corpore sanum tamen mente, receden a Terris, districtibus, iu-
risdonibusq3 suis propriis et competentibus, sue vero pnti iu-
risdictioni nrae, se cum bonis suis omnibus ac successoribus, quo ad
actu pntem incorporando, libere, publice coram se recognouis-
se et factum esse. Omne ius suum quod ipsum spectat et concer-
nit a Gnoso olim Venaßao Vrowiczki Succamerario Del
mensi, sive inscriptionem Castren Varsouiensem approbatoriam
certi contractus, per eundem Vrowiczki cum Gnoso Erasmo
als Kiemierza Nadalinski fact et recognit, vna cu toto
et integro iuris processu, ad eandem inscronem et contractu ea-
dem inscrone approbatum, ratione Vdelonei Wladislauien in of-
ficio Castren Czechanouien, et decretum ex vi remissionis in
officio Castren Vielunensi obtent, in quocunqs gradu et puncto
iuris indecise dependente, ex occasione quarunqs pro vadio
Quinqs millium flor pecuniae comunis, ratione non solutionis
debiti priori ratiae vgt duorum millium et quingentor flor
pecuniae comunis transgresso. Nec non et pro eo ipso debito
Duorum millium et Quingentorum flor pcae primae ratiae si-

bi non solut. Actibl iuris, dominij, in eadem inscrone et to;
to causæ processu sibi seruien pro se et suis successoribus reser;
uando, imo cu totali ipsius inscronis atqs contractus, tum prorel
sus siue processuu beneficio, in et super Gnosum Joannem Ra;
dynski Camerarium Vielunen transtundisse et incorpo;
rasse, transtundereqs et incorporare pnti recognitione sua
In doeqs ipsum ius inscronis, tum contractus atqs proces;
sus vel processuum intromissionem iam ex nunc dare et ad;
mittere, deqs pfato uire pfato Radzynski cedere et co
descendere. Quam quidem recognitionem pdicti Palatini et
et eiusdem deputati huiusmodi fidelem relationem, nos rata
et firma habentes suscepimus, ac illam in Acta Cancellariæ
nræ inscribi iussimus. In cuius rei fidem re Datæ Cracouiæ
die Vigesima Septima mensis Martij. Anno dni Millesimo
quingentesimo Octuagmo Octauo. Regni nri primo.

Ad mandatum Dni Regis vt sup

Confirmatio gnalis iu rium Ciuitat Gedanen

Ex. In nomine Domini, Amen. Cum ea sit rerum et actio;
num humanarum conditio, vt nihil firmum aut stabile sit
propter breuem et incertam hominum vitam, ac rerum vicissi;
tudines, facileqs et breui temporis momento dia in obliui;
one veniat, nisi quod viru generi humano diuinitus prouis

beneficium tributum est, ea quorũ perpetua debet esse memoria
literis et scriptura consignentur. Proinde nos Sigismundus
bertus Dei grã Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, nec
non Terrarũ Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ
Russiæ, Prussiæ, Culmensis, Elbingen et Pomeraniæ, tum Maso-
uiæ, Samogitiæ, Kyouiæ, Volhyniæ, Podlachiæ, Liuoniæq; nec ea,
demq; grã designatus Rex Sueciæ, Magni Ducatus Finlã,
diæ Carelos etc. Significamus præsentibus literis nris quibus expedit
vniuersis et singulis præsentibus et futuris, earum notitiam ha-
bituris. Quod cum Regalis fastigij ac dignitatis excellentiã
in eo inter cætera positam esse sciamus, vt eos quibus præsu-
mus, cõmoda, vtilitates, honores, prærogatiuas, tueamur, eosq; beatis-
simos et fælicissimos efficiamus. Regnq; in felici Coronatione
nrã omnium incolarũ Regni nri iura et priuilegia confirmauerimus, petijssetq; id etiam per Internuncios suos Ciuitas nrã Gedanen-
nensis, vt eodem modo ipsius etiam iura atq; priuilegia confir-
maremus, et omniũ libertatũ et imunitatũ firmitati ex authori-
tate nrã Regia prospiceremus, et iuramentum à nobis in Corona-
tione nrã Regia Cracouiæ præstitũ, ad status Terrarũ nostrarũ
Prussiæ, et sic ad eandem Ciuitatem nostrã Gedanensem pertinere
declararemus, Ideo nos supplicationibus subditorũ nrorũ Ciuitatis
Gedanensis iustis et legitimis adducti, ex mera gratia clementiaq;
nrã Regia, omnia et singula eiusdem Ciuitatis nræ Gedanen. tum
priuilegia, libertates, prærogatiuas, imunitates, consuetudines, lauda-
biles sub quibuscunq; verborũ tenoribus et modis, per Dery mos

ꝑdecessores nr̄os Reges, Prīcipes, Duces, Magistros, data, do-
nata, concessa, emanata, ac data, concessa, emanata, tenta
et obseruata, quor̄ et quar̄ sic tenores haberi volumus pro
insertis, ac omnibus ipsorum et ipsarum modis, punctis, articulis
clausulis, conditionibus, et consuetudinibus, roborandas, confirma
tas, stabiliendas et ratificand, ac roboranda, confirmanda, sta
bilien et ratificand duximus et decreuimus, roboramusq3, con-
firmamus, stabilimus et ratificamus, ac presentis scripti patro
cinio firmamus, et approbamus, illa et illas perpetuo, vere, indu-
bie et in æuum inuiolabilis firmitatis robur obtinere debere.
ita vti in Conuentu felicis nr̄e Coronationis in forma pleniss̄i
ma uirauimus, Quo iuramento vti Terras Prussie sic etiam
Ciuitatem nr̄am Gedanensem compraehensam esse volumus, de-
claramus et extendimus, omniaq3 eadem obligatione et ita
firmiter quemadmod̄ alijs statibus et Ordinibus Regni Po
lonie tenere ac seruare nos recipimus. Promittentes sub iuramen
to nr̄o quod in ꝑdicta felici Coronatione nr̄a corporaliter ꝑstiti
mus, quo Terras Prussie ita compraehensas volumus, vt ꝑdi-
cta ipsor̄ Priuilegia omnia, sarta tectaq3 remaneant, o-
mniaq3 illa superius expressa in omnibus eor̄ et car̄ modis
positionibus, descriptionibus, articulis, punctis, et conditionib9
declarationibus, extensionibus, firmiter et inuiolabiliter tenere
haberi, obseruare, teneriq3, haberi et obseruari facere tem-
poribus perpetuo duraturis. Ita vt omnia incomoda, abu-
sus et difficultates, quae contra ipsor̄ priuilegia irrepserunt

illis nec ꝓiudicare nec vlla ratione obesse debeant. In quoꝝ omniū
fidē Sasoe manu nrā subscriptas sigillo nro roborari iussimus. Date
Cracouiæ die Vigesima octaua mensis Martij. Anno dñi Millesi
mo, quingentesimo, octuagesimo octauo, Regni vero nri anno Primo.
Præsentibus Rndis Magcis, Gnosis et Vnabilibus, Petro Myss
kowski Cracouiensi, Alberto Baranowski Pramisliēn et Regni nri Vi
cecancellario, Laurentio Gosliczki Nominato Culmensi Episcopis
Alberto à Lasco Palatino Syradien, Stanislao a Tarnow Sendomiri
en et Capitaneo Stobnicen, Martino Leszniowolski de Obory Podla
sien et Capto Loszicen, Joanne Dulski Culmen, Thesaurario Regni gna
li, Bransensi, Suraszen, Rogosnen Suiecanis Capto, Nicolao Firley
de Dambrowicza, Biecensi, Referendario Curiæ nrę, Rouæ Ciuitatis
Corczyn Casimirien Capitaneo, Georgio Mniszek de magna Kun
dzice Radomiense, et Capto Sanocen Sochalien, Joanne Boguss La
wiczostren et Capto Zwolenen, Alberto Radziwill Olszwiczimen et
Capto Dybowien, Stanislao Minski Liuen Castellanis, Leone Sa
pieha Vicecancellario Mag. Ducat Litwaniæ, Petro Tylicki Præ
posito Gnesnensi Canonico Crac Secretario maiore Regni, Joanne Tar
nowski Cracouien Vladislavien, Lancitien, Crusuicien Præposito,
Referendario Curiæ, Joanne Galczynski Cantore Gnesnen Canto Crac
Vladislavien. Stanislao Craszinski Cantore Crac Secretarijs nris
Nicolao Zebrzydowski Gnali Crac Langlcorunen Bolesslavien
Capitaneo, Andrea Zebrzidowski Pocillatore Regni Capto Siradien
Petro Opalinski de Dnin Incisori nro, Radomsko Radomscensi nro
Capitaneo, Petro Szczeniawa Dapiferorū nro Præfecto, Casparo

Marzieowski Praefecto Stabuli nri Decpusien Capto, Balthasare
Stanislaowski Succamerario Sanocen praefecto Culinae nrae, Stanislao
Krasiczki praefecto Curruum nostrorum, Lubomlien, Bolemovien
Dolinengs Capitaneo et alijs multis Secretarijs officialibus
et Aulicis nris
Sigismundus Rex.

Confirmo tractat certi eiusd

Sigismundus Certius vt Significamus vt Quod cum coram nobis
producta fuissent in originali et autentica forma literae Sexmi prae-
decessorum nri Divi Stephani Poloniae Regis in Comitijs Regni
gnalibus Varschoviae die Vigesima sexta mensis Februarij An-
no dni Millesimo, quingentesimo, octuagesimo quinto Ciuitati Geda-
nensi datae, concernentes Tractatum quendam inter eundem Sere-
mum Regem et Ciuitatem nram Gedanensem, ratione auctionis
binumalis portorij (Quod Pfulgeldum vulgo vocant) eiusde
nrae Ciuitatis dabitu, conuentum, et conclusum. Vna cu certis co
ditionibus in eisde literis comprehensis, ad quem quasqs conseruan
du et conseruandas pdictus Rex Stephanus pro se et Succes-
ribus suis Regibus Poloniae Coronatis eidem Ciuitati nrae
Gedanensi caueri voluit. Nos vestigijs eiusdem pdecessoris
nri et transactioni ita conclusae inhaerentes, quae in ea etia fine
a pdecessore nro nominatim acceptata fuit, vt abolitis ac subla-
tis quae tum proponebantur grauaminibus, Ciuitas ad meliore

Natum et rei familiaris augmentum perduceretur, et ipsi Ciuitatis ordines hoc gratificandi obsequio gratiam Regiam integrè sibi co-; ciliatam re ipsa experirentur. Tractatum prædictū in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, modis, et conditionibus, ac literas super eo-; dem et ijsdem confectas, quas hic pro expressis et insertis habe-; ri volumus, non aliter ac si verbotenus omnia et singula capita, de scripta essent, approbandum, confirmandū, ratificandum, et approbā confirmāq ratificandas duximus, ac approbamus, confirmamus, et ratificamus, tenore præsentium literarum, Quæ omnia et singula quæ pfati tractatus hīs continentur, et cauentur, pūtis confirma tionis vigore et autoritate, ac m verbo nro Regio non infringere nec violare, aut diminuere, sed multo magis firmiter et inuiolabi-; liter non solum tenere et obseruare. Verum etiam, si qui de-; fectus interuenerūt, quo minus quicquā eorum hactenus impletū fuerit, vel si quid intermissum sit, id redintegrare, emendare et adimplere promittimus ac pollicemur. In quorꝝ omniū fidē re Datæ Cracouiæ die vigesima octaua mensis Martij. Anno dni Millesimo, quingentesimo octuagesimo octauo. Regni nri primo - Præsentibus Rndis, Magcis &c vt supra -

Sigismundus Rex.

Vniuersales lræ eorund

Sigismundus Certius &c Significamus pntibus hīs quorū interest ⟨2x.⟩ vniuersis et singulis. In primis vero omnibus per Regnum nrum

Theoloneorū prefectis et Exactoribus nostris. Expositū nobis
nomine Intermundiorum Ciuitatis nrae Gedanensis fuisse, cum
mercatores et Ciues memoratae Ciuitatis in Regno et dominijs nris
mercaturae faciendae dediti, nullis nisi cum extra Regni fines
meres suas exportant, vectigalium prestationibus tenerentur
nihilominus vbigs fere locorum in Regno et dominijs nris, in
quibus alioqui liberi mercatus vel transitus haberi consue-
rint, a mercatoribus et Ciuibus Gedanensib. toties propemodū
quoties ex vno loco in alium meras suas transferre eos con-
tingat, tum contra morem in Regno et dominijs nris recepti
et hactenus impendendis Vectigalibus obseruatum, tum cū
Terrarū nostrarū Prussiae priuilegia atgs immunitates a DD.
decessoribus nris illis concessas, Vectigalia ab illis exigi. Cum
autem eandem in rem D. etiam Sigismundi Augusti decessoris
atgs auunculi nostri literas Vniuersales eandemgs a Sexto
etiam decessore nro D. Stephano Rege confirmatas, nobis
obtulissent, quibus idem Sextus auunculus noster omnibus
per vniuersum Regnum Theoloneorū prefectis et Exactori-
bus, serio mandat atgs iniungit, vt cōmemoratos Ciues et mer-
catores Gedanen. in antiquis libertatibus per totū Regnū
conseruaret, neue in pendendis Theoloneis ullo alio iure quā
caeteri Regni ac Terrarū nostrarū Prussiae, vel etiā Ciui-
tatum Cracouien. Posnanien. Varschouien. Thorunen.
aut aliarū Ciues atgs incolae censeantur, ipsos quoqs
in omnibus Regni mercatibus et locis censeant, statuit, neue

ulla ratione pr̃a cæteris aggrauentur, sub graui indignatione sancit
nominatim etiam omnibus indultis huic veteri pendendorũ vectigal
liũ consuetudini aduersantibus derogat, nos etiam cum ipsi æquitati
tũ prioribus cõmemoratis D. auunculi ac decessoris nri mandatis
indaxen, quemadmodũ illis iam ante mandatũ reperimus, ita nos
quoq; omnibus in vniuersum atq; singulis per Regnum nrum
ubeloneos prafectis, aut Exactoribus, eorumq; Vices gerenti;
bus, re cõmemoratos Ciues et mercatores Ciuitatis mæ Gedanen
cõ ipsoz priuilegia, libertates, atq; imunitates, quibus antiquitus
semper usi sunt, ulla mõre turbent, ullone prætextu aut colore
noua ulla vectigalia ab yis exigãt, aut quicquã quo minus secun;
dũ uis publicum ac priuilegia ipsoz libere per vniuersum Regnũ
nrũm cõmercia exercere possint, faciant, serio præsentium tarũ
autoritate mandamus. Date Cracouiæ die Vigesima octaua men;
sis Martij. Anno dñi Millesimo, quingentesimo, octuagesimo.
Octauo. Regni nostri primo.

Sigismundus Rex.

Fanello constituit plenipot

Sigismundus Certius ad Significamus re. Quia comparens p'. rp.
sonaliter coram nobis et aulis Cancellariæ nræ Gnõsus Nicolaus
Fanello Dapifer Lublinensis Aulicus noster, recedendo à Ter;
ris, foro, districtibus, et iurisdictione sua quauis cõpetenti et propria
et se huic nræ quo ad actũ prntem incorporando et subjicien, sanus
mente et corpore existens, publicè et beneuole recognouit. Quia

omni meliori via et forma qua de iure fieri conuenit fecit, constituit ac solenniter ordinauit, nr̃os veros et ltr̃os plenipotentes absentes tanquã̃ praesentes Generosos Joannem Plemeczki et Jacobum Dembolenczki nr̃i causa et actione, quae eidem cũ Magco Christophero Kostka a Stemberg Palatino Pomeraniae, omnium quouis officio et Judicio ac Magistratu in Regno et dominiis nr̃is, nominatim vero in Prussia occasione certi debiti sũmae pecuniariae per ꝓfatum Magcum Palatinum Pomeraniae Gnõsso olim Georgio Rokoss contractae, et eiusdem decessum Gnõsam Helenam Fanellowa ꝓfati Dapiferi Lublinen̄ coniugem, atq; eius morte nr̃i Gnõsam Annam Fanellowna praedicti Dapiferi Lublinen̄ filiam, ex ꝓdicta Helena procreatam pro sorte et interesse ipsius iure naturalis successionis devolutam, vti eiusdem filiae suae parentẽ et tutorem intercedit, Dans et concedens ꝓdictis plenipotentibus coniunctim et separatim in vnius absentia eorũ alteri plenã̃ et omnimodã̃ facultatem et potestatem causam eandẽ nr̃i quocũq; iuris gradu exĩstem prosequendi, attentan̄ sententias eius occasione audiendi, eis acquiescendi, vel etiam a ꝓgravabilibus appellonem interponendi amicabiliter componendi, summã̃ ꝓdictam percipiendi, de perceptа quietandi, alios vel alium in locum sui substituendi, aliaq; omnia et singula bonos et ltr̃os plenipotentes de iure et consuetudine concernentia prosequendi et continuan̄. Promittens se id totum quicquid per praedictos plenipotentes vel aliquem ex eis, actum, gestum, et constitutum fuerit, omnia

rata et grata habituꝝ, perinde ac si ipse p̄missis omnibus
personaliter interesset. In cuius rei fidem &c Date Crac',
vie die Vigesima octaua Martij. Anno dn̄i Millesimo, qui',
gentesimo octuagesimo octauo. Regni nr̄i primo.

Ad mandatum &c vt sup.

Datur consensus Gromaczki ad cedendum molendino Gostinen̄ fri suo & cōsorti illig

Sigismundus Tertius &c Significamus &c Supplicatum nobis &c.
fuisse nomine Nobilis Joannis Gromaczki, vt eidem in causione
de molendino Gostinensi sub Arcesito, in persona Nobilis Mar',
dicte Gromaczki fratris sui germani et Barbare ipsius con',
iugis, faciendum consensum n̄rum Regium daremus, placeretq;
iuribus sui in eos transfundendi faceremus. Quod quidem nos ex
gra clementiaq; nra Regia, et ad intercessionem quorunda Co',
siliarioꝝ nroꝝ faciendum esse putauimus, iamq; adeo in cau',
sione istam Lris hisce nris consentimus, damusq; facultate
et placetem pdicto Joanni Gromaczki iure suo quod ad pdictu
molendinu habet decedendi, illud in Matthiam Gromaczki et
Barbaram coniugem eius transfunden et transferen, ad acta
quoruis Regni nri siue Terria siue Castrensia auctentica. Quae
quidem cessio postea qua per eum officiose facta fuerit, ea

nos ac si coram nobis facta fuisset, ratam et gratam habi
turi sumus. Quin etiam pfatum Mathiam Gromagla et Bar;
baram eius coniugem, in possone eius molendini pdicti ad vitá
vtriusqs insolidu, cum omnibus eius vsibus, emolumentis et v;
tilitatibus et nos et Seremi successores nri conseruabimus. Qui;
bus è vita sublatis, molendini pdicti dispositio non prius ad nos
successores ve nros deuoluetur, quá suma originalibus hijs sup
ed molendinu inscripta, vel ex taxatione Comissariorz Utme
proueniens, sudoribus eiusdem Gromaglei et Barbarae con
iugis eius integrè fuerit persoluta. Juribus nris Regalibus
et Reipub. salvis ibidem permanentibus. In cuius rei fide &c
Datae Cracouiae die Vigesima octaua mensis Martij. Anno
dni Millesimo, quingentesimo, Octuagesimo Octauo. Regni prime
Sigismundus Rex.

Confirmatio in Prefectura & Aduocatia Lubomlen Krasicski & sux conjugis

v.f.

Sigismundus Tertius &c Significamus &c Quod tametsi Sere;
niss. piæ memoriæ predecessor noster Stephanus Rex Generoso Sta
nislao Krasizicki de Szieczin Curruum nostrorz Prefecto, Lu;
bomlen Dolinen Bolemouienqs Capitaneo, propter illius erga
se et Rempub. egregia pclaraqs merita, et obsequia, Prefectu;

ram et Aduocatiam Lubomlen̄, cum omnibus fructibus, prouentibꝫ, et reditibus ad eam Tenutam attinentibus, iure aduitalitio dediſſet concelliſſetqꝫ poſſiden̄, tamen vt p̄dilarum illius de nobis benemerē̄, di ſtudiū excitemus, et foueamus, atqꝫ adeò ad obſequia nr̄a red̄, damus promptioꝛē̄, ipſum cum Gn̄oſa Anna de Wyſzokie coniuge eius ltm̄a m̄ poſſone et vſufructu p̄fatæ Præfecturæ et Aduocatiæ Lubomlen̄, omniumqꝫ ad eā ex antiquo fructuū pertinen̄qꝫ attinen; tiarū, nullis penitus exceptis, et vti ipſemet ſolus Gn̄oſus Staniſla; us Kraſziczki tenuit et poſſedit, coniunctim et diuiſim, conſeruan̄ et relinquen̄ eſſe duximus. Vti quidem conſeruamus et relinquimus p̄ntibꝫ lr̄is nr̄is, idqꝫ ad extrema vitæ vtriusqꝫ tempora, vt uno è viuis ſublato alter m̄ poſſonem et vſumfructum eiuſdem Tenutæ et Aduocatiæ imediatè ſuccedat, eandemqꝫ quoād m̄ humanis egerit, tene; at et poſſideat. Ita t̄n̄ vt Quartam ſecundū Regni Conſtitutiones m̄ locū legibus deſcriptum niſerre teneantur et ſint aſtricti. Promittimusqꝫ pro nobis et Sez̄mis ſucceſſoribus nr̄is, quod quà diu p̄fati coniuges vita fruentur, vel alter eoꝝ ſuperuixerit, ipſū ex poſſone et vſufructu p̄dictæ Præfecturæ et Aduocatiæ Lubomlen̄ no amouebimus neqꝫ Sez̄mi ſucceſſoꝛes nr̄i amouebunt, etiamſi id quantumuis grauis nr̄a et Reipub. neceſſitas poſtulauerit. Iuribus nr̄is Regijs et Cor̄ar̄ ibidem per ōia manentibus ſaluis. In cuius rei fidem &c. Datæ Cracouiæ die Vigeſima nona Martij Anno Millesimo, quingentesimo Octogeſimo, octauo, Regni nr̄i primo.

Sigiſmundus Rex.

Plenipoten: Gosławski

Sigismundus Tertius &c Significamus &c Comparuisse coram no-
bis nostrisq; Cancellariæ nris, Nobilem ac Excellentem Jacobū
Gosławski Discum nostrū, atq; in meliori forma, vti uiris est,
constituisse in suum verum ac indubitatum plenipotentē, Famatum
Mathiam Lusławski, Ciuilem Cernēq; Notarium, Jdq; in omni-
bus et singulis causis et actionibus suis iudiciarijs, quæ illi coram
quocunq; Regni nri Judicio seu officio, præsertim verò Castren-
et Ciuili Varsouien intercedunt aut intercedere possunt. Dans
et concedens eidem à se constituto plenipotenti, plenam et omni-
modam facultatem, negotia sua quæuis cum quibusuis personis tra-
ctandi, in iis vocandi, iure pro eisdem agendi, controuertendi, sen
tentiasq; audien, suscipien, à non susceptis et onerosis prouocandi, pro
uocationes ipsas prosequen, iuramenta audien, recipien, condonan, qu
etandi, aliaq; omnia et singula, etiam hic non expressa quæ pro ex-
pressis habere vult, pro uiris et factis, ac subsellioru et Judiciorū
quorumuis ratione peragendi, in forma mandati amplissima. Cum om
nexa facultate vnum vel plures loco sui substituendi ac iterū re-
uocandi. Promittens id omne quod per dictū suū plenipotentē vel ab
eo substituendū in præmissis actum et constitutū fuerit, se pro rato et
grato suscepturū ac firmiter tenturum. Quam quidem recognitionē
taliter factā nos suscepimus, Actisq; nris inscribendā admisimus
Decernen robur debitæ firmitatis eandem obtinere debere. In cuius
rei fidem &c Datæ Cracouiæ die Vigesima nona mensis Mar

tÿ. Anno dñi Millesimo quingen^mo octuag^mo octauo Regni nri primo

Dat Cracouie die vt supra.

Plenipotencia Scalapski.

Sigismundus Tertius &c Significamus &c Comparuisse coram no- rep.
bis nostrasq3 Cancellariæ Tribs Nobilem Joannem Scalapscki
eiusdem Cancellariæ nrę Notarium, atq3 mi melioꝛi forma, vti iu-
ris est constituisse mi suos veros ac mdubitatos plenipotentes, No-
biles Joannem Kozlowski et Matthiam Lussowski Ciuilem Cer-
nensem Notarium, vtrosq3 in solidum et quemlꝫt eoꝝ diuisim, pq3
in omnibus et singulis causis et actionibus suis iudiciarÿs, quæ illi
coram quocunq3 Regni nri Judicio seu Officio, presertim verò Ca-
strensi et Ciuili Varsouien intercedunt, aut intercedere possut.
Dans et concedens eisdem a se constitutis plenipotentibus, ple-
nam et omnimodam facultatem, negotia sua quæuis cum quibusuis per-
sonis, tractandi, mius vocandi, iure pro eisdem agendi, controuer-
ten, sententias audien, suscipien, a non susceptis et onerosis prouo-
can, prouocationes ipsas prosequen, iuramenta audien, recipien, co-
donandi, debita contracta emonendi, leuandi, de leuatis quictan,
aliaq3 oia et singula etiam sic non expressa quæ pro expressis
habere vult, pro uiris et factis, ac subsellioꝝ et Judiciorū quo-
rumuis rone peragen, mforma mandati amplissima. Cum annexa
facultate vnum vel plures loco sui substituendi ac iterū reuocan
Promittens id omne quod per dictos suos plenipotentes aut alterū
eoꝝ vel ab eis substituendū in pmissis actū et constitutū fuerit,

se pro rato et grato suscepturum, ac firmiter tenturum. Quam quidem recognitionem taliter factã nos suscepimus, Literisq3 nr̃is inscribendã admisimus. Decernẽ robur debitæ firmitatis eandem obtinere debere. In cuius rei fidem &c Datæ Cracouiæ Vigesima nona mensis Martij. Anno dñi Millesimo, quingentesimo Octuagesimo Octauo. Regni nr̃i primo.

Pol̃o Pendi &c et sup.

Lra plebiscitu Leop. pro Ciuitate Samboř cõfirmãt

Sigismundus Tertius &c Significamus &c Productas nobis fuisse nomine Famatorum Proconsulis et Consulum Oppidi nr̃i Sambor Lras papyraceas infrascriptas, ex Actis Consularibus Ciuitatis nr̃æ Leopolien̄ autentice descript, articulos Plebisciti Leopolien̄, quibus ipsi Oppidani Samborien̄ per traditionem maiorũ suorũ in successione ac diuisione bonorũ tam inter coniuges quam etiam inter liberos in præfato Oppido nr̃o Sambor uti tuntur, in se continen̄, sanas, saluas, nulliq3 suspitioni obnoxias Supplicatumq3 nobis est, vt easdem autoritate nr̃a Regia approbare et confirmare dignaremur. Quarum tenor sequitur talis.

CONSules Ciuitatis Leopolien̄, vniuersis et singulis, &c. Notum facimus. Supplicatum esse nobis nomine Famatorum Proconsulis et Consulum Ciuitatis nouæ Samborien̄, quatenus ipsis articulos plebiscitis

hactenus apud ipsos per traditionem maiorum conseruati, ac vulg⁹
illi plebiscitum Leopoliēg nuncupati, ad successionem et diui-
onem bonorum, tam inter coniuges quā etiam liberos pertinēn de
scribē concederemus. Cui quidem supplicationi vti iustæ beni-
gnè annuentes, eisdem articulos plebisciti infrascriptos per
Regⁿᵐᵒˢ Diuæ olim memoriæ Reges Poloniæ ꝛc in primis per
Casimirum confirmatos postea per Vladislaum declaratos et
approbat ex Actis Cancellariæ nræ descriptos annotari
tulimus, in hunc vigt modum. Quod legitimè viro et vxore ma-
trimonium contrahente, bonaq3 hæreditaria mobilia et immobilia
ex vtraq3 parte vel ex vna tantum in simul comportan, illa ꝯa
bona debent in diuisa esse et ad vnum coadunata. Dum autem
contingat vxorem decedere ab hac lucē, et marito ipsius superstite
te remanēn, idem maritus hæredibus aut consanguineis vel pro-
ximioribus dictæ vxoris suæ sexus vtriusq3 tertiam partem
omnium bonorū mobilium et immobilium, pro successione materna da-
re teneatur, duabus partibus eorundē bonorum pro se reserua-
tis. Si vero maritus arma bellica et alias res iure dotalij
dburgēn Hergewets vulgariter dictas pro vtilitate sua vo-
luerit obtinere, illa in diuisione, secundum taxam et valorē
ad partem ipsius computentur, Item mortuo marito, vxore
ipsius superuiuente, ipsa vxor ratione dotis et dotalitij
tertiam partem eorundem bonorū quorumlgt, mobilium et im-
mobilium totaliter obtinebit, duabus partibus pro hæredibg

aut consanguineis vel proximioribus dicti mariti sexus vtri-
usq; reseruatis. Ettamen si vxor pro vbilitate sua aliquas res
ornamentorū seu suppellectilium, quæ iure Magdeburgēn gerādæ
vulgariter nuncupantur, voluerit obtinere, illa in diuisione bo-
norū ad partem suam taxentur et computentur, Ceterū si
post mortem matris aliquem de pueris seu hæredibus, patre
in humanis agente mori contingat, ex tunc pars eiusdē pue-
ri seu hæredis morientis ad patrem deuolui debebit pleno iure
Et similiter si aliquam puerorū suie hæredum post obitū patris
viuente matre mori contingat, ex tunc pars pueri defuncti seu
hæredis ad matrem debebit pertinere. Cæterum statuimus et
priuilegij munimine roboramus, Quod liceat marito vxori suæ legi-
time prole carente oīa bona sua coram banito Judicio nrō soluto
Statuto non obstante libere resignare, Et etiam vxor non habēs
prolem, marito suo ltīmo, dum tamen ad resignationē bonorū ad eā
pertinēn per eundē maritū metu non fuerit compulsa per procura
torem idoneū. Bona huiusmodi similiter in banito iudicio liberā resi-
gnandi habebit facultatem. Super quo volumus quod dictæ ciui-
tatis Consules diligentiam faciant, in huiusmodi resignationibus
mulierū maritis suis faciēn non sint compulsæ nec coactæ. Harū
quibus sigillum nrūm appensum est testimonio literarum. Actum
Sandomiriæ feria quarta post Dominicam Oculi. Anno domini
Millesimo, Quadringentesimo Vigesimo Secundo, In cuius rei
fidem sigillum nostrū pntibus est appressum. Actum Sabbato

in crastino festi Diui Bartholomei. Anno dñi Millesimo quingentesimo O
ctuagesimo Quarto. Nos itaq; Sigismundus Rex prenominatus, sup-
plicationi huiusmodi benigne annuen. lras praeinsertas in omnibus earu pun-
ctis, clausulis, articulis, et conditionibus, autoritate nra approbandas ra-
tificand. et confirmand. duximus, vti approbamus, ratificamus et confirma-
mus praesentibus, easq; vim et robur debitae firmitatis, quantum iuris
publici permittit ratio, et si dicti Oppidani in vsu earundē extiterint
obtinere volumus. In cuius rei fidem &c Datae Cracouiae die Trigesima
mensis Martij. Anno domini Millesimo, quingentesimo Octuagesimo
Octauo. Regni nostri primo.

Sigismundus Rex.

Consensus Alb: a Wagro wiecz in emptiom census re emptionalis

Sigismundus Tertius &c Significamus &c Supplicatum nobis es
se per certos Consiliarios nros, Hnabilis Alberti Emporini a
Wagrowiecz Sacrae Theologiae Doctoris, Praepositi Eccle-
siae Collegiatae Sanctae Mariae Magdalenae intra muros Posnaniens, to-
tiusq; Capituli Canonicorū eiusdē Ecclesiae nomine, vt consensu
approbatione ratihabitionēq; nra Regia liceat pro bis mille aureis
Vngaricalibus ni auro iusti et ltmi ponderis, apud quascunq; perso-
nas et cuiuscūq; conditiomis homines priuatos et publicos Nobiles et

plebeios, ac etiam in quibuscunqꝫ bonis Terrestribus et Ciuilibus, cen-
sum annuu, in vim et titulum rcemptionis als na wydelcarth et præfa
to præposito cum suo Capitulo emere, et alys quibuscunqꝫ personis
eidem vendere, inscribere et obligare. Nos itaqꝫ ipsorum supplica-
tioni vti iustæ, ac quæ ad augendum honorem cultumqꝫ Dei omni
potentis, ac promouendum ministroꝝ ipsius emolumentu, maxi-
me cedit, per quam libenter annuen, permisimus et consensimus
prout pntibus permittimus et consentimus, censum hunc annuu
pro prominata pecunie suma tam pfato Præposito cum suo Capi-
tulo emere, qua quibuscunqꝫ personis vti pmissum est uendere
et eum coram officio et edis quibuscunqꝫ Regni nostri authenticis
recognoscere, inscribere et obligare, in vim tamen et titulu re-
emptionis als na wydelcauth. Eximimus aute censum hunc
ab omni iurisdone quorumcunqꝫ Judicum et officialiu Regni nostri
secularium, et illum iuri, iurisditioni, libertati et imunitati Ec-
clesiastice ascribimus, et incorporamus, ita sezt ut cum aliqua
controuersio de eo censu orta fuerit inter quoscunqꝫ, de eo non
per vnum aliu quam per Judicem Ecclesiasticum cognoscatur, Hoc
tamen prouiso, vt in ys bonis in quibus census sic emptus fuerit
nihil ex oneribus et seruitute nra et Reipub. iminuatur. In cu-
rum fidem rd Date Cracouie die prima mensis Aprilis. Anno
dni Millesimo, quingentesimo Octogmo octauo. Regni nri primo

Sigismundus Rex.

Consensus Boguslawski

ad exemeñ Aduocatiã in Linie

Sigismundus Tertius &c Significamus &c Quia nos intercessioni
certorũ Consiliarior nostror pro Nobili Melchiaro Bogusławski
apud nos factæ benigne annuen, ac in eundem grãm nrãm testatã
facere volen, consentien et admittẽ illi duximus Aduocatiam
siue Scultetiam in Villa nra Regia Linie nuncupata, ad Tenutam
Oppidi nri Dobrzyn pertinen sit, de manibus quorumuis moder;
noru dictæ Aduocatiæ siue Scultetiæ possessorum, uis et interesse
aliquod ad eandem se habere putantium, quor nomina et cognomi;
na hic pro expressis haberi volumus, summa pecuniæ in ipsa Ad;
uocatia seu Scultetia iuste et ltme inscripta ea tamen minime aucta
vel si inscripta non sit ex taxatione ltma prouenien redimere
consentimusq et admittimus hisce lris nris, Ter ipsum Nobilem
Melchiarum Bogusławski tenen, haben pacifice et quiete pos;
siden. Volentes autem maius gratiæ nræ in eum extare testi;
monii, ipsum in possone pacifica et vsufructu libero eiusde Aduoca;
tiæ seu Scultetiæ, modo prmisso redemptæ, omniumq prouentuum
et reditu, ad eam ex antiquo spectan et pertinen, conseruan et
relinquendu duximus, conseruamusq et relinquimus hisce lris nris
ad vitæ illius vsq extrema tempora. Promitten verbo nro Re;
gio pro nobis et Serenis successoribus nris, nemini nos nec succe;
res nros Aduocatiã seu Scultetiam pdictã, ab ipso Nobili Melchia;
ro Bogusławski redimere permissuros, sed neq nos neq succe;
res nros ad fiscum, mensam, coquinæ aut alium quemcunq nrum

et Reipub. vsum ac necessitatem redempturos, verum illũ Aduocatia seu Scultetia superius nominata quiẽtè vsifrui quam diu vixerit permissuros. Post mortem autẽ illius, cum eiusdem successoribus Jnma per eum in redemptionem dictæ Aduocatiæ exposita, vel quæ ex ltmâ taxatione prouenerit, persoluta fuerit, tunc demũ possessio eius ad nos et Sexmos successores nros pleno iure redibit et deuoluetur. Juribus nris Regalibus saluis ibidẽ manen. Jn cuius rei fidem &c Datã Cracouiæ die prima Aprilis. Anno Millesimo, quingentmo octogmo octauo. Regni nri primo

Sigismundus Rex.

Buccella in medicum R. fuscipitur

Sigismundus Tertius &c Significamus pntibus lris nris ad quos eædem peruenerint, maxime vero quos interest, vniuersis et singulis. Cum sub prima Regni nri initia de medicis ad curam corporis nri adiungendis cogitaremus, excellentis Nicolai Buccellæ Philosophiæ et Medicinæ Doctoris, et Sexmi decessoris nri D. Stephani Regis, quondam medici primarij cũ fidem tum singularem in medendo peritiam et vsum à de natoribus nris nobis in primis cõmendata fuisse. Testabantur enim eum non modo in Vrbe Lutetiana, celeberrimo omniũ artium et bonarũ lrarum Emporio complures annos, medicinã Sma cũ autoritate fecisse ac docuisse, sed etiam eidem Sexmo decessori nro duodecim annos ita operam suam nauasse, ut

neqꝫ peritissimi medici, neqꝫ fidelissimi ministri vllꝰ officio decesset,
Nam et per totū illud tempus, quo corporiꝭ eius præfectus fuisset,
mi prospera valetudine eundem D. decessorem nrum conseruasse, ac
demicps cum Bucella absente idem Sexꝯtus decessor nr infatale
atqꝫ extremū sibi morbum incidisset, tamen suius fidem postea re-
uocati summa expertum fuisse. Quo Senatorum nostroꝝ de illo te-
stimonio adducti, faciendum nobis putauimus, vt eundem Nicola-
um Bucellam nos quoqꝫ m corporis nri medicum primarium susci-
pemus, quemadmodum quidē suscipimus, et nos suscepisse præsenti
diplomate declaramuꝰ. Stipendium quod ab eodem D. decesso-
re nro habuit, Septingentorum nimirū florū, victumqꝫ quotidianū
ex Regia Culina nra, cum omnibus alijs accessionibus ei constituen-
tes et assignantes. Quod nos ad omnium et singuloꝝ officialiū
nroꝝ, maximè aut Regni ac Curiæ nræ Thesaurioꝝ notitia de-
ducentes. Hortamur mandamusqꝫ ijs autoritate prntium haruⁿ.
ut cōmemoratū Nicolaum Bucellā non modo pro Medico prima-
rio nro habeant, verum eidem stipendia D. decessoris nri tē-
pore ei solui solita, cū alijs accessionibus ipsi quoqꝫ statis tempo-
ribus soluat ac numeret, soluendaue ac subministranda curet
In cuius rei fidem &c Datꝫ Cracouiæ die prima mensis Aprilꝭ
Anno Millesimo quingentesimo Octuagmo octauo. Regni nri primo.
Sigismundus Rex.

Skarbek träffen inscripton

Sigismundus Tertius &c Significamus &c Quia constitutus per, nꝫ.

sonaliter coram nobis et dictis Cancellariæ nrę Nobilis Stanisla-
us Skarbek, a uire, fovo, ac iurisdictione sua quauis competenti
recedendi, et se quo ad actum præsentem iurisdictioni nrę pnti in-
corporandi et subjiciendi, sanus mente et corpore existens, libere, pu-
blice palamq; recognouit. Quia ille satisfaciendi mstrorii suę Ca-
strensi Cracouien, qua Generosum Nicolaum Zebrzydowski
Gnalem Cracouien Bolesslauiensem nrum Capitaneum, de Summa
Quatuordecim millium florenorum polonice quietauit, euadendorum
uarium de nomine in illa mscrone interpositum, mscronem eam-
dem ex dictis Castrensi Capit Cracouiensib. ad dicta Cancel-
lariæ nrę transtulit et transportauit, prout transfert et trans-
portat pntibus. Cuius mscriptionis tenor sequitur his verbis.
Comparens personaliter coram officio pnti Castrensi Capitaneali
Cracouiensi, cui pro tunc præsidebat Gnosus Nobilis Jordan
de Zakludyn Vicecapitaneus et Judex Causarum officij Ca-
strensi Capit Crad dictis pntibus Nobilis Stanislaus Skar-
bek, a Terris, districtibus, uribus, et uicelonibus suis quibus-
uis propriis et competentibus recedendi, huic autem pnti Castrensi Capi-
tanealis Cracouiensi quo ad actum et effectum pntis mscronis pertinet, se se
cum bonis successoribusq; suis incorporandi, palam, libere, publice et
expresse recognouit. Quia sibi per Magcum Nicolaum Ze-
brzydowski de Zebrzydowice Gnalem Cracouiensem Bolesla-
uiensemq; nrum Capitaneum, est plenarie satisfactum, pro Summa
Quatuordecim Millium florenor pecuniæ, monetæ et numeri
Polonicat per ipsum in bonis suis hæreditariis, totarum et integra

rū villarum Ulisdyn, Lagiewniki, Lyssakow, Micnina, Niemce
Mazury, aliorumq; ad id pertinen, vnā cum pdys in Palatinatu
Lublinen consisten, Gnoso Nicolao Kochanowski de Czarny cass
modo obligatorio rchis Castrensibg et per transportationē Terri-
bus Stezycen inscript, et tandem per eundē Kochanowski Mag-
nifico olim Joanni Mazgiciowski Castellano Lauicostensi et Ca-
pitaneo Lancitiensi, postremo per eundē olim Castellanū Lauicosten
sibi quibuscunq; rchis transfusa. Ratione cuius satisfactionis eū-
dem Magcum Nicolaum Zebrzydowski eiusq; posteros de sū-
ma pfata Quatuordecem milliū florenoz pcta Polonicat quietat
pr̄sentibusq; quietauit perpetuē. Inscriptionesq; pfatas sibi
sup eandem summā et bona pfata in eadem obligata sibi quoius
modo seruien. Nec non et citationes concittonesq; quasuis ad eas-
dem inscriptiones vel quouis modo ratione p̄missoz emanat
et processus iuris, lucraq; et perlucra, ratione cuiuscunq; con-
ditionis ad easdem inscriptiones per se coram officio Castren Capit
Lublinen vel alio quouis Judicio vel Tribunali Regni obtent
in quocunq; puncto et gradu iuris dependen, cassat, mortificat,
et in nihilum redigit, presenq; cassauit, mortificauit, et in nihilū
redegit perpetuo et in æuum, Laccm ratione p̄missoru omnium
et singuloz ipsi Nicolao Zebrzydowski eiusq; posteris, sibi
vero suisq; successoribus silentium perpetuum imponen. Insuper
pfatus Stanislaus Skarbek se suosq; posteros Cnō p̄iudicando
simili cautioni Gnosi Casparis Mazgiciowski de Mazgiciowice
Stabuli Sac Regiæ Mtis Regia Prefecti et Scepusien Capitanei, de

super pro se facti^mo tandem saluam et illesam relinquen^)
super omnibus bonis suis hereditarijs et obligatorijs, mobilibus et
imobilibus, sumibus pecuniarijs habit^ et habend^ prefato Magco
Nicolao Zebrzydowski eiusq^ posterijs inscribit et obligat
p^ntibus, inscriptionem ex eisdem Actis Castren^ Capitan^ cra;
couien^ ad quecunq^ Acta autentica Terrestria Regni, sine
mi decursu vnius anni transportare, transferre inducere simileq^
recognitione^ in eade^ forma facere. Idq^ sub vadio simili, Qua
tuordecim millium florenor^ pecie monete et numeri Polonicat
per eundem Stanislaum Skarbek eiusq^ posteros, dicto Magco
Nicolao Zebrzydowski successoribusq^ illius ad soluendu^ tons
quons opus fuerit succumbendo. Pro que quidem vadio citatus
ex^ns p^nominatus Stanislaus Skarbek eiusq^ posteri, ad instan
tiam p^dicti Magci Nicolai Zebrzydowski eiusq^ posteror^
ad quodcunq^ Iudicium vel officium Castren^ Capitan^ cuiuscunq^
Terre et districtus Regni Polonie dominior^q^ ipsi annexor^
ex tunc receden^ a Terris, districtibus, iuribus iurisdonibusq^
suis quibuscunq^ proprijs et competen^, illius autem Iudicij et offi
cij ad quod cum suis successoribus citabitur esse cum eisdem succes
ribus suis incorporan^, in primo termino tanqua^ peremptorio
stare, parere, respondere, pro eodemq^ vadio ac conditionibus
eiusde^ miseronis satisfacere, tons quons opus fuerit debebit
et tenebitur. Eundem primum peremptoriu^ terminu^ ac alios
consequen^ eiusdem cause terminos, vera infirmitate, pro maio
ri, minorenitate successor^, seruitio militari et Reipub. legatio;

negs mitra vel extra Regnum, et alys legalibus quibuscuis impedimentis non differendo, ad quietationem vltra spacium proximor terminor illius Judicij vel officij ad quod citabitur nō differē. Nullas motiones, appellationes et earund prosequutiones faciē, premissas omnia p̄scriptione Terri fatalys iuris euasionibus, panis simplicibus et triplicatis, mter regno, bello, conuentionegs gnali et particulari non subterfugiē, nullas penitus dilationes exceptiones, diffugias iuris faciē, sed sua pnti recognitione mediante. Actum in Castro Cracouiensi Sabbato ante festum Sanctor Viti et Modesti Martyrum proximo. Anno dn̄i Millesimo quingentesimo octuagesimo Septimo. Qua quidē p̄missa inscriptionis transportationem nos suscipi, migs Acta Cancellariae nrae inscribi et inde eam autenticē edi iussimus. Statuen eam robur suū iustū et debitum semper obtinere. In cuius rei fidē Datae Cracouiae die prima Aprilis. Anno dn̄i Millesimo quingentesimo, octuagesimo octauo. Regni nri primo.

Ad mandatum Regium vt sup.

Andr' Zebrzydowski inscribit debitū Lubomirski

Sigismundus Tertius &c. Significamus &c. Quia constitutus personaliter coram nobis et Actis Cancellariae nrae Gnosus Andreas Zebrzydowski Locillator Regni et Capitaneus noster Syradien. s. 22.

92 v 2

sub, a Terris, districtibus, Palatinatibus, iuribus ac iurisdoñibus quibuscuis suis propriis et competentibus recedeñ, et se quoad actum presentem iurisdictioni nre pti incorporañ et subiciendo, sanus mente et corpore existens, non compulsus nec coactus, sed sponte ac ultro recognouit. Se teneri et debere Gnoso Sebestiano Lubomirscki Cuppario nro Cracouiensi et eius successoribus Sexingentos et quinquaginta florenos pecie Polonicie per triginta grossos computatos, veri, certi, ac liquidi debiti. Quod debitu illi ac eius successoribus inscribit et obligat, se suosq; successores in omnibus bonis suis mobilibus ac imobilibus, vbicunq; habitis et habeñ, soluere, ac coram officio et Actis Castreñ Capit Cracouiēn pro die et festo Sancte Lucie proxime futuro, reponere et relinquere. Idq; sub vadio similis sume aliorum Sexingentorum et quinquaginta flor pecun pdictar. Quod vadium in se suos successores ac bona sua oia libere pdictus Gnosus Andreas Lebrdydowscki assumpsit. Citatus autem seu illius succes pmissor occasione per eundem Gnosum Sebestianū Lubomirscki vel eius succes, ad Iudicium siue officium Castrense Capitaneale Cracouiēn, ex tunc a iure et iurisdictione sua quamb competeñ recedeñ, in primo citationis termino tanqua peremptorio, debebit ac illius succes tenebuntur stare, parere, respondere et a Iudicio siue officio illo ad quod citabitur non recedeñ, tam pro suma principalis debiti, quam vadio pfatis ac decreto satisfacere. Ad quietationem de pmissis nullibi esse quam ad Acta Castreñ Capitan Cracouiēn referen. Renunciando hac

in parte omnibus exceptionibus, dilationibus, motionibus, appellatio-
nibus partis trium seu tertium marcarg pecrm, ac alijs quibus-
uis uiris remedijs. Nec differendo eundem primu terminum, vera
vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, Statutis laudatis et
laudan, Regalibus, motione bellica, Conuentione Regni gnali uel
particulari, ac prorsus quo pmissa euadat, nil sibi in auxiliu assu-
mendo. Sub amissione sue totius causa: Nulla prescvone Terri desu-
per obstante. Quam recognitione eiusdem Gnosi Andreae Le-
bYdowski nos suscepimus, ratamgs et grata habentes, illam in
Acta Cancellariae nrae inscribi iussimus. Statuen vt robur suu
debitu et iustu semper et vbigs obtineat. In cuius rei fidem re Date
Cracouiae die prima mensis Aprilis. Anno dni Millesimo, quingen-
tesimo, Octuagesimo Octauo. Regni nostri primo.

Ad mandatum Regium re vt sup.

Piemiazek boma sua certa resignat Brzeski,

Sigismundus Tertius re Significamus re Quia constitutus
personaliter coram nobis et Actis Cancellariae nrae Generosus Le-
trus Piemiazek de Kruzlowa, a iure Terrestri et districtu suis qui-
buscuis rearden, et se successores suos ac bona sua, quo ad actu pre-
sentem iurisdictioni nrae pti incorporando et subjcien, sanus mente
et corpore existens, non compulsus nec coactus, sed vltro, libere
palamgs recognouit. Quia totas et integras Villas suas hereditar-

tarias Gieletniki, Raczkowiczę et Nowa wieś Gisbow dicta
nec non prædium de noua radice in hæreditate pfatæ Villæ
Gieletniki factum Graiowka dictū, in Palatinatu Syradien et
Districtu Radomscen consisten. Cum omnibus et singulis Villa,
rum et hæreditatum prædictarū iure, dominio et proprietate, ner
non vtilitatibus, fructibus, prouentibus, reditibus, molendinis pi
scinis, borris, lacubus, aliisq3 attinentiis et pertinentiis vniuer
sis, nullis exceptis, pro se3 et suis successoribus ibidem reser
uatis, sed ita latè longè et circumferentialiter, prout solus
tenuit, habuit et possidebat, et prout eadem bona sunt in suis metis
et limitibus distincta et dismitata, Generoso Benedicto Brze
ski de Krzeczkowicze Palatinatus Syradien et Districtus
Petricouien et eius successoribus, Vnam vigt medietatē eorū bono
rū in et pro suma Duodecim millium flor pecūm Poloniæ in quem
libet florenū triginta grossos computando, alteram uerō medieta
tē dono perpetuæ et irreuocabilis donationis in perpetuū resigna
uit et inscripsit, resignatq3 et inscribit pntibus, Jamq3 ex nunc sup
nominatus Petrus Lieniazek pdicto Benedicto Brzeski et eius
successoribus dat et admittit in pfata bona omia in perpetuum taliter
donata et resignata, realem intromissionē et actualem pacificamq3
possessionem perminialem quemcunq3 Terrēm sive gnalem Regni
acceptandam. Ter pfatum Benedictū Brzeski et eius successores
bona pfata omnia, cum omni iure, dominio, et proprietate, attinenq3
et pertinen vniuersis ex antiquo ad bona eadem spectan, nullis
exceptis, tenen, haben, possiden. In qua quidem possessione ac
vsufructu eorundem bonorū supnominatorū idem Petrus Lienia-

Jele inscribit et obligat se ac suos successores, eundem Benedictum Brze:
ski ac eius posteros ab omnibus impedimentis iuridicis, omnium et
singularu personarum, status ac sexus cuiusuis existen, nec non mise-
ptionibus prioribus et posterioribus, reformationibus et actuitatibus
bus quibusuis. in eisde bonis factis et faciend, inscript et inscriben,
Nec non a citationibus, concitationibus, quibusuis in bona pfata impor-
tat et importan. Lucris demqs et perlucris, ac processibus iuris
quibusuis in pfatis bonis vel aliqua parte eorundem perductis et
perducen. Et gnatr ab omni impetitione iuridica omniu et singula-
ru personarum, status et conditionis cuiusuis existium, in quouis Judicio
ac officio Regni sus sumptibus tueri, interedere, euincere et elibe-
rare, eademqs bona munda et libera facere, intromissionemqs cum
possone in eadem per se et suos quosuis submissos personas non dene-
gare nec impugnare, datumqs non impedire, ac in eisdem bonis, nul
ca damna vel iniurias inferre. Sub vadio Duodecem millium
florenorum pecie numeri ac monete Polonice per ipsum Petrum Lię-
niazek et eius successores pdicto Benedicto Brzeski eiusqs suc-
cessoribus ad soluendu irremissibiliter succumbendo. Pro quo qui-
dem vadio, citatus pnominatus Petrus Lieniazek iuxqs successores
citati, ad instantia pfati Benedicti Brzeski illiusqs successo-
ad quodcunqs Judicium suie officium in Regno nro, ex tunc a ui-
re foro et iurisdictione sua quauis competenti receden, et illis si-
ue illi iurisdictioni ad quam citabitur, se cum suis omnibus bonis
ac successoribus incorporando, in primo citationis termino tanquam
peremptorio, stare, parere, respondere, et pro uadio pfato a Judi-
cio seu officio illo ad quodcunqs citabitur non receden satisfacere

tenebitur et debebit, ipsiusq3 successores tenebuntur et debe;
bunt. Terminu ipsum primu peremptoriu, et alios consequen can;
sas terminos semper pereptorios, solutionemq3 vadij siue vadi;
oru, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, succes;
ru minorenitate, receptione ad quietatione, exceptionibus, dila;
tionibus, motionibus, appellationibus, et eas per adcitones prose
quutionibus non differen. Proscriptionibus quoq3, fataliq3 iij;
ris ac euasionibus, pœnis trium seu ter trium marcarz pedæ. In uni
uersumq3 omnibus beneficijs et remedijs iuris, quæcunq3 siue ex
legibus publicis peti, siue arte ingenio, et industria humana inueniri
et excogitari possint non subterfugien, Sub amissione suæ et suoz
succassoru totius causæ. Nulla Terri pcrone mpmissis obs;
nobis est, illud ipsum etiam autoritate nra Regia in diem Sabbati transferimus, vt in posterum die Martis, quemadmodu antiquitus est vsus, et pro die Veneris die Sabbati forum istud septimanale pro comparanda annona, ac alimentis cæterisq3 rebus necessarijs, absq3 angarijs quibuslibet celebretur. Quod vniuersis et singulis quorum interest, Dignitarijs, Officialib. præsertim vero Capitaneo nro Sandomiriensi moderno et pro tempore existen pntibus lris nris denunciamus, mandan vt ciues nros Sandomirienses ea benignitate nra, qua illis hoc priuilegio concessimus integra, perfecte frui permittat, neq3 vllum ipsis quaqua ea re concessa impedimentum aut negotium faccessant. Pro gra nra officijsq3 suis. In cuius rei fide &c Datæ Cracouiæ die decima mensis Maij. Anno dni Millesimo quingentesimo Octuagesimo Octauo. Regni nri primo.

Sigismundus Rex.

Ioanni Pieniazek consulis redimen Scultetia in Klikosowa,

Sigismundus Tertius &c Significamus &c Quia cum multa et præclara essent Generosi Joannis Pieniazek de Kruzlowa Locillatoris Terræ Cracouien Cracouiensis Præfecti et Notbmagistri nri, erga Rempub. Regni nostri deq3 nos q3 antecessores nros merita, quæ ille in militia per omnes D. Stephani Regis prædecessoris nri in Moscouiam bellicas expeditiones ita præstiterit, vt obiecunq3 virtutis ostendendæ occasiones darentur, nusq3 illis deesset, imo vltro et cupide eas ipse captaret, fortissimi ac strenui militis officia adimplendo. Et præterito tempore Reipub. turbulento Nos

magistri munere fungens, eandem fortitudinẽ, vigilantiã et dexteritatem
suam militarem in eo aduersus Archiducem Maximilianum ad Lyczinam cẽ;
misso conflictu abundè nobis probauerit, Nos per omnem occasionẽ in remunerã
dos tales viros intenti, Ei, ad praesens consentiendũ et permittendũ duximus
consentimusqs et pmittimus prntibus Lris nris vt possit et valeat Sculteti
am siue Aduocatiam in Villa nrã Klikoszowa, ad Praefecturam Czonoforen
sem pertinen, morte Stanislai Klikoszowski Will dicti, ad nram dispositio
nem deuoluta, de manibus succesSoz ipsius, iustis pecuniaz Sumis in ea ltme
inscriptis, yqs non auctis, vel in eazũ defectu ex Comissarioz nrorum
taxa prouenientibus, redimere, redemptamqs cum omnibus et singulis pertinen
attinen, fructibus, prouentibus, reditibus, comodis, et emolumentis vniuersis
ad eam ex antiquo pertinen, nullis exceptis, tenere, habere, possidere
ac vtifrui ad extrema vsqs vitae suae tempora - Promittimusqs verbo
nrõ Regio pro nobis et Sezmis Successoribus nris, quod quam diu is ipse
Gnosus Joannes Lieniazek vixerit, nemini nos, ad vedimen et dimouen il
lũ a possessione et vsu pdictae Sculteriae in Villa nra Klikoszowa, con-
sensum nrum dabimus, nec nos ipsi eum inde, licet ardua quauis nra et
Reipub. necessitate idipsũ exposcente redimemus, aut amouebimus
neqs Sezmi Successores nri idipsum facturi faciendue ptãtem cuiqua
daturi sunt, quin eum donec superstes fuerit, in quieta integraqs possone
et vsufructu dictae Sculteriae eiusqs pertinentiaz, et nos conseruabimus
et Sezmi Successores nri conseruabunt. Mortuo vero pdicto Gnoso
Joanne Lieniazek, non prius illius Successores vsu et possone pdictae Scul
teriae condescendere debebunt, donec Suma pecuniazia quã in eius redem
ptionẽ exponet ipsis integre fuerit persoluta. Juribus nris Regali
bus et Reipub. ibidem saluis. In cuius rei fidem &c Data Cracouiae

die decima mensis May. Anno dñi Millesimo quingentesimo. octuagesimo octauo. Regni nri primo.

Sigismundus Rex.

Castellanie Czernen Iohanni Leszniowolski cõfert

Sigismundus Tertius &c Significamus &c Jta nobis Generosi Joannis Leszniowolski de Oboryi Castellani Calcrodimensis et Capitanei Pernauiensis bellicam virtutem, animiq; aduersus quælibet pericula pro istius Reipub. gloria et cõmodis subeunda constantiam, tum etiam in promouendis Regni huius negotijs, studium et fidem singularem esse cõmendatam, vt eum pter hæc quibus ab antecessore nro Regno Stephano Rege ornatus fuit præmia auctum esse cupiamus. Huic itaq; nræ in eum beneuolentiæ declarandæ occasionem nobis dedit, Magci Stanislai Radziminski ex Castellanatu Czernensi in Palatinum Podlachiæ prouectio, qua hoc tempore sese offerẽte, libenter vsi sumus. Eaq; propter eundem ipsum Gnosum Joannem Leszniowolski ex Castellanatu Calcrodimẽn in Czernensem isto modo vacan promouendũ esse duximus, promouemusq; hijs Literis nris. Conferimusq; illi totũ et integrũ ius, progatiuas, dignitatem, reditusq; et obuentiones vniuersas ad munus hoc ex antiquo ptinentes, ad extrema vitæ illius tempora vel alterius dignitatis ampliorjs assequutionem. Atq; hoc omnibus in vniuersum quorũ interest, nominatim verõ Dignitarijs officialibus, et vniuersæ Nobilitati Districtus Czernensis notum esse volumus, Vandamusq; vt pd nominatũ Gnosum Joannem Leszniowolski, pro vero ac ltmo Castellano Czernen habeant et agnoscãt, eiq; de loco inzibus, prerogatiuis, reditibusq; aut lege

ac consuetudine ad eũ Castellanatũ spectantibus, respondeant, rnderiq̃s
curent. Pro gr̃a nr̃a officiiq̃s suis. In cuius rei fidem &c̃ Data Cracouiæ
die duodecima mensis Maij. Anno dñi Millesimo, quingentesimo octu-
agesimo Octauo Regni nostri primo.

Sigismundus Rex.

Aduocatia Gomadzen. cõfert̃ Niewiarowski

Sigismundus &c̃ Significamus &c̃ Quia nos ad interuentionem quorundã
Regni nr̃i Consiliariorũ nr̃or̃, et ex gratia nr̃a Regia, concedendũ et per-
mittendũ esse Nobili Valentino Niewiarowski eam facultatem duximus
concedimusq̃s et permittimus hr̃is tisce nr̃is, vt possit et valeat, Aduo
catiam ad Oppidum nr̃um Goniadz pertinen. a Nobilibus Justina, Joannis
olim Graiewski Vexillifer Visnensis filia, nunc vero Andreæ Hary
nek consorte, Dobrogostio, Petro et Joanne olim Stanislai, Joanne et
Bartholomæo olim Jacobi, Joanne, Stanislao et Jacobo Stanislai Gra-
iewskich filijs, hactenus possessam, uisq̃s et interesse ad eandem Aduo-
catiam habentibus, de manibus eorundẽ, iustis pecuniarũ summis, in eadẽ
originaliter inscriptis, vel ex taxa Comissariorũ prouenturis, redimere.
Quæ quidem redemptio, postequã effectum suũ habuerit, tum demũ ipse
Nobilis Valentinus Niewiarowski Aduocatiam p̃dictã, cum omnibus
et singulis fundis, ædificijs, areis, colonis, fructibus, censibus, reditibus
attinentijs, alyq̃s id genus antiquitus ad eam spectantibus, ita vti in
suis limitibus comprehensa est, et quemadmodũ a p̃dictis Graiewskie
possidebatur, tenebit, habebit, eaq̃s vtetur ad extrema vitæ suæ tempo-
ra. Promittimus autẽ neq̃s nos neq̃s successores nr̃os, eum ipsũ Valen-

tinu Krówiarowskí quoad vixerit, à possessione et vsu Aduocatiæ istius amoturos, alienaturos, aut redempturos, neq; cuiquã amouendi alienandi, redimendiq; facultatem concessuros. Quo vero mortuo, non prius successores ipsius possessionẽ eius Aduocatiæ decernent, quã summa pecuniæ in ea literis inscripta, per eumq; circa redemptionẽ exposita, vel ea deficiente, quæ ex taxa Cõmissariorũ prouenerit, ipsis integrè fuerit persoluta. Juribus nris Regalibus et Reipub. ibidẽ salu. uis. In cuius rei fidem &c Data Cracouiæ die Vndecima mensis Maij Anno Dñi Millesimo, quingentesimo octogesimo octauo. Regni nri primo.

Sigismundus Rex

Consensus Petro Gieczisowski dat. cedẽti Villa Miaczin filio suo.

Sigismundus tertius &c Significamus &c Quod cum intellexissemus Generosum Petrum Giedziszewski Capitaneum nrum Grabouiecen. constituisse de Villa nra Miaczin Aduocatiaq; in eadem Villa sita, omniq; ad eam iure suo, sumaq; eum in pfata Villa tum et Aduocatia concernente, in personam Gnosi Georgij Giedzisowski filij sui cedere. Nos intellecta hac ipsius voluntate, cum eiusd Georgij Giedzisowski in cuius personam cessio fieri debet, cõmendata habeamus in nos fidem et obseruantiam in Rempub. verò studium, facile consentimus consentimusq; hris Disce nris, vt pfatus Petrus Giedzisowski, cessionẽ eiusmodi de pdicta Villa nra tum et Aduocatia, sumisq; pecuniarijs in ipsius Georgij Giedzisowski filij sui personã ad quecunq; acta autentica facere et recognoscere possit, Quod vbi factum ab illo fuerit, Villã prafatam cu Aduocatia, ac cum omnibus illius attinentijs fructibusq; et reditibus, nullis penitus exceptis ipsi Georgio Giedzisowski in possessionem et vsumfructũ con-

redimus et conferimus, ad extrema vitæ ipſius tempora obtinend, nihil no;
bis et ſucceſſoribus nris vel Theſauro nro fructuu et vtilitatu aut redi;
tuu ex eiſdem bonis reſeruando. Promittimusq; pro nobis et ſerenissimis ſuc,
ceſſoribus nris verbo nro Regio, non eſſe nos et ſucceſſores nros, eundo
Georgium Ciecziszewſki ab vſu et poſſeſſione eiusde Villæ de Aduocatia
quoad ſuperſtes fuerit, ſiue in toto ſiue in parte amoturos, aut eadem bona
ab illo redempturos, amouendiq; aut redimendi poteſtate cuiquam facturos
etiamſi grauiſſima quæuis nra et Reipub. neceſſitas id à nobis expoſceret
quinimo nos et ſucceſſores nri eum in dicta Villæ Aduocatiaq; poſſone, quo
ad vixerit ſecuru pſtabimus et conſeruabimus. Ratione verò eius adiuta
litatis, quartam partem ſummæ pecuniariæ, quæ in pſata Villa ſuperest, no;
bis et Reipub. ex pſcripto Conſtitutionu Regni ea de re ſancitaru, coram
Actis quibuſcunq; autenticis, recognitione ſua perſonali, remittet et condona,
bit. Aduocatia verò pſata non prius per nos aut ſucceſſores nros eius ſuc;
ceſſoribus adimetur, quâ ſumma pecuniaria in ea inſcripta, illis integrè fuerit
perſoluta. Juribus nihilominus nris Regalibus et Reipub. Eccleſiarum
ibidem per omnia manentibus ſemper ſaluis. In cuius rei fidem &c Da,
ta Cracouiæ die duodecima menſis Maij: Anno dni Millesimo, quin
gentesimo, octuageſimo, octauo. Regni nri primo.

Sigismundus Rex.

Stamisl. Comes à Tarnow transportat inſcriptionem

Sigismundus tertius &c Significamus &c Quia conſtitutus perſo;
naliter coram nobis et Actis Cancellariæ nræ Magnificus Stamisla

us Comes à Tarnow Castellanus Sandomirien[sis] Stobnicen[sis] noster
Capitaneus, a uire Terrestri et distrietu suis quibus[uis] proprijs et com-
petentibus recedendo, et se cum successoribus et bonis suis omnibus, quo ad
actum p[rae]sentem huic iurisdictioni n[ost]rae p[rae]senti incorporando, sanus mente
et corpore existens, ultro, palamq[ue] recognouit. Quia ille satisfacion
inscriptioni suae infrascriptae. per se nobili Andreae Gawronski super
Summam Sex Millium florenor[um] pecuniae debiti, coram officio et Actis
Castren[sis] Capitaneatlib. Sandomirien[sis] facta et recognit, euadendoq[ue] va
dium in illa contentu[m], inscriptionem eandem nobis exhibitam ad Acta Ca
cellariae n[ost]rae transtulit et transportauit, ac eandem quemadmodu[m] istic
illo tempore, ita et nunc in omnibus eius conditionibus approbat et confir-
mat. Cuius inscriptionis tenor sequitur his verbis. Comparens per-
sonaliter coram officio et Actis p[rae]sentibus, Castren[sis] Surrogat[us] Capitan
Sandomirien[sis] Illis ac Magnus Stanislaus Comes à Tarnow Castel
lanus Sandomirien[sis] Stobnicen[sis] Capitaneus, recedendo à terris distri
ctibus, uiribus iurisdictionibusq[ue] suis proprijs, uireq[ue] Terri et eis[dem]
renuncian[s], huicq[ue] iurisdictioni p[rae]senti se suosq[ue] successores ac bona sua o[mn]ia
per eum in Regno Poloniae, vbicunq[ue] et quomodocunq[ue] et quocunq[ue] mo
do et iure habit[a], quo ad actum et effectu[m] inscr[ipt]ionis p[rae]sentis incorporan[s] et
subjecien[s], non compulsus nec coactus, nec aliquo errore deuio seductus
quinimo sanus mente et corpore exi[sten]s, palam, publice et per expressu[m]
recognouit. Quia Generoso Dauidi Andreae Gawronski de Straw
Szyn et eius ultimis successoribus tenetur et est debitus summa Sex
Millium florenor[um] pecie Poloniae in Regno curren[tis], unum quemq[ue] flo-
renu[m] pecie per triginta grossos computando et numeran[do], certi, ve-

ri, iusti, et liquidi debiti, mutuatæqꝫ et iam perceptæ pecuniæ. Quam
summã sup expressam Sex millium flor pœnæ obligat se et successores
suos inscribitqꝫ prntibus, ipso die Sanctæ Triscæ Virginis proximè
imediatè venturo, eidem Dauidi Andreæ Gawronski dare, soluere,
et restituere, et hoc circa Acta Terria Sandomirien, in defectu ve-
ro celebrationis terminorũ Terrium Sandomirien, ex tunc circa Acta
Castren Sandomirien, ipso die S. Triscæ sup expresso, realiter et in ef-
fectu reponere et relinquere, nec eandem summã quouis modo et colore
exfidemubere, vel ad se rursus recipere; quod se et successores suos inscri-
bit et obligat. Casu vero quo nõ soluerit pro die sup expresso, aut solue
re neglexerit, aut eius successus non solueret aut negligerent, ex tunc
in crastino euisdẽ S. Triscæ vel quando eidem Dauidi Andreæ Gawron
ski et eius successoribus visum fuerit proximè venturo, debebit et tenebitur
et eius successores debebunt et tenebuntur, ad quod se successoresqꝫ suos
prntibus obligat, ipsi Gnoso Dauidi Andreæ Gawronski et eius succes-
ribus, dare et admittere, realem intromissionẽ et pacificã possessionem, in
bona sua hæreditaria Villasqꝫ suas hæreditarias Dzikow et Sa-
kerzow in prnti districtu consistẽn, cum omnibus Curijs, prædijs ex
antiquo et nunc pertinen, ad eadem bona, nihil in predictis bonis excipien
cum singulis eorundẽ bonorũ prædictorũ vtilitatibus, prouentibus, fructib
redditibus, obuentionibus, attinen et ptinen vniuersis, nihil pro se et
successoribus reseruan per minialem Terrem quemcunqꝫ sibi placitus
Dauid Andreas Gawronski aut eius successores elegerit siue elege-
rint sine alicuius additione officij et Judicij, imo ex nunc iam ab of-
ficio prnti additum et deputatũ, idqꝫ sub vadio Sex millium flor

pecæ in defectu non date intromissionis et date effectualis possessionis
pacificæ et quietæ, eidem Gnoso Dauidi Andreæ Gawronski et eius suc
cessoribus, ad soluendũ irremissibiliter succumbeñ et transgrediẽñ ipsi et
successoribus ipsius. Quæ bona sup expressa, modo obligatorio in suma Sex
milliũ flor pecæ communis, monetæ et numeri Polonicalis inuadiata, te-
nebit, habebit, vtifruetur, pacifice q̃s possidebit, ad aliud festũ S. Pris-
cæ virginis, et ab illo festo S. Priscæ in defectu exemptionis, et sumæ pfata
solutionis, ex tunc ad decursum trium annoz sese imediate et continuè se-
quentiũ, incipiẽñ ab Anno dñi, Millesimo, quingentesimo, octuagesimo, Nono,
et sic à tribus annis ad tres alios continuè imediateq̃s sequentes, vsq
ad exemptionẽ, et plenariam et integrã non diuisim sumæ pfatæ Sex milliũ
flor pecæ persolutionẽ, quam semper summã pro tempore sup expresso e-
xemptionis si et in quantũ bona exemere voluerit, vel eius successores vo-
luerint, in defectu terminorũ Terriũ Sandomiriẽñ vel positionẽ Al-
toruñ Sandomir post festum S. Priscæ, vel ipso die S. Priscæ Sandomi
riæ celebrari solitoruñ, ex tunc prima citatione siue Terri siue Castren Sen-
domiriẽñ, sex septimanis ante festum decabiuitatis Dñi, proxima ante festũ
S. Priscæ venturæ tunc circa dicta Castren Sandomiriẽñ, eidem Gnoso
Dauid Andreæ Gawronski et eius successoribus, reponere et persoluere te-
nebitur et eius successores tenebuntur. Quæ bona in defectu persolutionis
tenebit, habebit, pacifice q̃s possidebit, ita vt scriptũ est, à data intromis-
sione acceptaq̃s possone, Cum omni iure, dominio et proprietate, nec non cũ
omnibus et singulis ad ipsa bona ptinen et quouis modo spectañ vtilitatibq
vniuersis. nihil iuris, dominij et proprietatis, quorumuis vsufructuũ et vti-
litatũ rerumq̃s in dictis bonis pro se ipso et successoribus suis et alijs qui-

busuis personis, ibidem se aliquod ius seu interesse habeñ, eorumq̃ poste
ritat reseruañ seu excipiẽñ, sed plenarie et ex integro, ita latè, longè
circumferentialiq̃, prout p̃fatoꝝ bonorũ hæreditas, in suis metis, limiti
bus ab antiquo extendit, vsq̃ ad debitam et sufficiẽñ sumæ p̃dictæ sex
millium flor̃ simul et semel non disiunctam solutionẽ, bonorũq̃ p̃fatoꝝ
modo suprascripto exemptionẽ. Deniq̃ idem Illꝰ et Magcus Stani
slaus Comes à Tarnow Castellanus Sandomiriẽñ, recognoscẽs, ac in-
is posteris tenebitur, præsentibusq̃ se et suos succ̃ores inscribie et ob
ligat, sup omnibus bonis suis hæreditarijs, per eum nunc habit et in pe
steru habeñ, eund Dauid Andreæ Gawronski et eius succ̃ores, ordine
bonoꝝ superius exp̃ssoꝝ, ita vt p̃fertur obligatoru, in eisdem bonis
obligat tã in toto quã in minima parte eorund bonoꝝ integrorũ, ab o
mnibus impedimentis, damnis, debit, et à quibuscuis minutijs et oneribus
quazumcunq̃ personarũ, status et ordus vtriusq̃ et cuiuscunq̃ conditio
nis et p̃eminentiæ existãs, per omnes p̃scriones Terræ, nulla p̃scriõne
Terri euadeñ, nec non ab omnibus inscriõnibus, reformationibus, et aduitalita
tibus, ac censibus exemptionalibus, prioribus et posterioribus, cuicunq̃ perso
narũ fact et in posterũ in eisdẽ bonis faciẽñ, ac citationibus etiam ad
satisfaciendũ Regalibus, inhibitoriẽñ, et brachij Regalis quibuscuis importatis
et importañ, Lucris, perlucris, in quocunq̃ gradu existẽñ, lucratis et
lucrañ, ac etiam in quocunq̃ puncto, gradu ab officio acquisit et acqui
rẽñ, ac ab iuribus quibuscunq̃ tũ et decretis et processibus quibuscunq̃
iuris per quemcunq̃ in quocunq̃ sensu in Regno Polonie, vel quocũq̃
modo coram quocunq̃ Iudicio vel officio Regni tam Terri quã Castrensi
siue Tribunalis Regni, huic etiam coram Sac Regia Mte obtent et ob;

tinen̄, p̄rcipuè à dominabus reformatorijs et aduitalitat' gnal̄r verò ab
omnibus p̄sonis tam Spiritualibus quā Secularibus et earū̄ p̄sonarū̄ imp̄e-
titione et quauis inequitatione seu perturbatione iuridica, et hoc in quocunq;
gradu iuris tons quons opus fuerit Gnoso Dauid Andreæ Gawronski et
eius succ̄oribus, nulla p̄scōne obstan̄, sed semper tons quons opus fuerit
ab omnibus p̄missis, tueri, defendere, euincere, eliberare, ac vbiūt̄ indemne
indemnesq; reddere, ac bona p̄fata p̄cipicare, et munda liberaq; facere, et
data intromissione et possone tam in toto quā in minima bonorū parte
eorundē, nec per se nec per quascunq; p̄sonas submissas et subordinatas
in p̄fat̄ bonis obligat̄ ipsum Dauid Andream Gawronski iniuriari aut
damna inferre, nec possessionē et vsumfructū bonorū per se et per quas
cunq; p̄sonas quouis modo et colore adimere et p̄pedire, vsq; ad e-
xemptionem bonorū p̄fatorū, et sumæ p̄fatæ Sex milliū modo supscripto
exolutionem. Quæ omnia et eius omnes conditiones speciāl̄r et distinct̄
superexpress̄, sub vadio Sex millium flor̄ pedæ cōmunis in Regno curren̄
per eundem Magcūm et eius succ̄ores, cuiuscunq; rei occasione et tuitionis
p̄ditionisq; possonis, tam in toto quam in parte, quotiescunq; opus fuerit
ad soluend̄ succumben̄. Praterea inscribit se in defectu solutionis, pro
festo S. Priscæ proximè venturo, Magcam Lopdiam de Ochiessyno
consortem suā ux̄em, cū duobus amicis de linea paterna proximioribus, ad
dicta autentica Regni vim p̄petuitatis dabin̄, infra decursum vnius anni
ad consentiendū huic eidemq; inscroni statuere et adducere, idq; sub alio
speciali vadio Sex milliū flor̄ pedæ cōmunis, eid̄ Andreæ Dauid in de-
fectu statutionis, ad soluendū irremissibiliter persoluen̄. Praterea in
scribit se et succ̄ores suos, idem Magcus Comes à Tarnow, inscriptionē

prñtem Castren Sandomirien. ad acta terria quarumqs Regni, vel alia
vim perpetuitatis habeñ infra decursu vnius anni, transportare, transferi
bere et inducere, idqs sub alio simili et speciali vadio sex millium
flor pecæ communis, ad soluend irremissibiliter eidem Gawronski ptor;
uen. Pro quibus omnibus pmissis tam in toto quã in minima parte non
complet, coniunctim vel diuissim, tũ et pro quodlibs vel pro vadio, si se ra
tione pmissor et suppstor singulorũ citare coniunctim vel diuissim
pmiserit suigs succores permiserint, ad instantiã ipsius Dauid Andreæ
Gawronski vel eius succor, ad Judicium Terræ Sandomirien, vel etiã
officium Castren Sandomirien, ex tunc recedeñ a terris districtibus,
iuribus iurisdictionibusqs suis quibusuis competeñ, et illi Judicio seu of;
ficio iurisdoniqs ad quod citabr seu succores eius citabuntur, se cũ bonis
et succoribus suis incorporañ et subjcieñ, prout iam ex nunc incorporat
ac subjcit, omni die et tempore, non expectañ terminos positos, stare, pa
rere, respondere, ac citis omnibus tonis quons citabitur, suigs succores
citabuntur, in primo termino tanquã peremptorio, à Judicio vel officio illo
ad quod citabitur vel citabuntur no recedeñ in toto satisfacere tenebr
et tenebuntur, Ipsum terminũ et alios subsequentes terminos, nullis
pænis iudicialibus quibusuis, Statutis laudat vel laudañ, consuetudini;
bus et decretis in similibus lat non euadeñ, vera vel simplici infirmita
tibus, actione pro maiori, ad quietationẽ, vel alia munimenta, aliqs in
genere dilationibus in processu iudiciario concedi solitis no differendo,
neqs dilones quasuis à Judicio siue officio obtinen non euadeñ ipsũ Da;
uid Andreã Gawronski et eius succores a solutione vadij et vadior
toris, vacantijs pcrone Terri, fatalibus iuris, bello, liis Regalibus
impedimentis, tum peste, fame, aquarũ inundationibus, negotio Reipub.

legatione extra Regnū, Statutis nouis et antiquis, Interregno, vel absentia
Regis à Regno, decretis in contrariū lat⁹ Conuentionibus tam particulari
bus quā gn̄alibus, motionibus Judicum, appellationibus, sententiarū redargu;
tionibus, incompetēn Judic vel fori ad prosequēn motiō non susceptō siue
appellonum non admissas adcitōnibus, mala condemnatione, intempestiua posi
tione citonis, euasionibus, in sufficientia seu defectu prntiō inscronis, et cita;
tionū ad eand emanat processuumq3 iuris exinde sequut, minoritate
suddorum, aliōq3 modis et coloribus quibusuis, quas mens et ratio huma
na possit muenire et excogitare, tam iudiciarijs quā extraiudiciarijō, neq3
modo et colore quouis se cum suis posteris ipsi Dauid Andreæ Gawronski
et eius suddoribus tuēn, defendēn ac protegēn, sub amissione suæ et suoz suc
dorum totius causæ, et sub simili et speciali vadio ad soluend tons quons
opus fuerit succumbend. Imo quicquid sibi aut causæ suæ in auxiliū pfatq
Castellanus Sandomiriēn aut posteri eius accipere voluerit vel voluerint
eo ipso totā suam causam amittere debet et debebunt. Quo vadio soluto
vtiq3 inserōni prnti et eius conditionibus omnibus et singulis pfatus Castel;
lanus Sandomiriēn, satisfacere in toto cū suis suddoribus tenebitur, tons quons
ipsi Gawronski et eius suddoribus opus vel necesse fuerit. Nulla pscripti;
one Temi aut diuturnitate temporis in pmissis ipsū Dauid Andreā Ga;
wronski et eius suddores euadēn. Quæ omnia et singula supscripta, idem
Magnus Stanislaus Comes à Darnow, Castellanus Sandomiriēn, psonali
ter stans libere et spontanee super se et suddores suos assumpsit, bonaq
sua ora habita et habēn cū suis posteris iam ex nunc moneramt et inscri;
psit. Actum in Castro Sandomiriensi feria quarta post festū Conuer;
sionis Sancti Pauli Apostoli proxima. Anno domini Millesimo, Quin
gentesimo Octuagesimo Septimo. Christoph. Podlodowski Scribæ

C. Sandomirien. Et sic idem personaliter stans Magca Dopsici de Ogziessyno consoz vtma pfati Castellani Sandomirien in prntia et cum consensu eiusdem mariti sui et gnoz Joachimi Ogziesski Capitanei nri Olstinensis fratris sui germani et Nicolai Lutomirski amici clenodialis sic idem stantiu, de omni iure suo etiam reformatorio ipsam in bonis supscriptis Villarum Dzikow et Falerzow concernen super inscriptionem pfata consensit, et eam in toto approbauit, prout consentit et approbat prnti sua recognitione mediante. Quam pfati Castellani Sandomirien translationem, suaq; coniugis recognitionem approbatoria nos suscepimus ac ratam habentes illam in acta Cancellariae nrae inseri iussimus. Decernen eam robur perpetuae firmitatis habere. In cuius rei fidem re Datae Cracouiae die decima quarta mensis May. Anno dni Millesimo, quingentesimo, octogmo octauo. Regnoz nroz primo.

Nycolaus Nycodemi re vt sup.

Idem transportat

s. m. Sigismundus tertius re Significamus re Quia constitutus personaliter coram nobis et actis Cancellariae nrae Magcus Stanislaus Comes a Tarnow Castellanus Sandomiriensis Stobnicensis nr Capitaneus a iure terrestri et districtu suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, et se cu successoribus et bonis suis omnibus quo ad actu prntem huic iurisdoni nrae prnti incorporando, sanus mente et corpore exns vltro palamq; recognouit. Quia ille satisfaciendo inscriptioni suae infrascriptae per se Famato Stanislao Skadetka super summa Trium millium flozenoz pecu debiti, coram officio et actis Castren Capitan Sandomirien facto et recognit euadensq; vadium in illa contentu, in

scriptionē eandem nobis exhibitam, ad acta Cancellariæ nrē transtulit et trans;
portauit, ac eandē quemadmodū ipse die illo tempore, ita et nunc in omnibus eig
conditionibus approbat et confirmat. Cuius insertionis tenor sequitur his ver
bis. Comparens personaliter coram officio et Actis prūtibus Castrēn Ca;
pitan Surrogat Sandomirien Illris et Magcus Stanislaus Tarnowski
Comes de Tarnow Castellanus Sandomirien Stobnicens et Capitaneus
sanus mente pariter et corpore exns, non compulsus nec coactus Recedēn
ab omnibus Terris, districtibus, iuribusq; ac iurisdictionibus quibuscūq; suis pprijs
et competen, et se huic iurisdictioni prūti Castrensi Surrogat Sandomirien quo
ad respondend attinet, subjicien et incorporan, libere, publice et per expres;
sum recognouit. Quia Nobili ac Famato Stanislao Nadetka eiusq;
hēdibus successoribus, tenetur estq; debitus summa Trium millium flor pe;
cunie cōmunis, monete et numeri in Regno curren, certi, veri et liquidi de;
biti, Ac se successoresq; suos, in et sup omnibus bonis suis inscribit et obli;
gat, dare, soluere, ac circa acta presentia Castren Sandomirien, pro feria
quinta post festum Sancte Crisce Virginis, in Anno Dni Millesimo, quin
gentesimo Octogesimo Nono proxime venture, proxima, reponere et re;
linquere, repositamq; et relictā non exfideiubere, vel quouis modo ave;
stare, sub vadio similis summe Trium millium flor pecē cōmunis, eidē
Stanislao Nadetka aut ipsius successoribus, in defectu satisfactionis p̄mis;
sorū ad soluend succumben. Insuper p̄fatus Illris et Magcus Stanislaus
Comes ā Tarnow Castellanus Sandomirien et Capitaneus Stobnicaſis
inscribit se et successores suos, de omnibus bonis suis obligat, inscriptionē
p̄term Castren Surrogat Capit Sandomirien, ex his Actis Castri
ad Acta quouis autentica Regni vim perpetuitatis haben, ante
decursum vnius anni transferre et transportare, similemq; recognitio;

né facere et recognoscere. qc ibidem circa transportationē? eiusdem in
scrōm? Mlazeam? Zophiam de Oczieszyno consortem suā? ltmām cū
duobus amicis ipsius de linea paterna proximioribus consanguineis
ad consentiendū? per eam mscrōm? prīnti super omne ius suū ipsam in bo
nis eiusdem Mlagi? Castellani Sandomirien? mariti illius concernen
adducere et personaliter statuere, et sub alio simili et speciali vadio
Trium millium flōy pena? cōmunis eidem Stanislao Slachetka aut
ipsius successoribus ad soluendū? succumben?. Pro quo quidem vadio seu
vadijs tum et pro suma? essentiali, coniunctim suis diuisim, pfatus re
cognoscens ad instantia? pfati Stanislai Slachetka aut ipsius successy
citatus aut ipsius successores citati, ad iudicium seu officium Castren?
Sandomirien? vel Rouae ciuitatis Cordyn, ex tunc recedet ab omni-
bus terris, districtibus, ciuibusqs quibuscunis suis pprijs, et se successores
suos ac bona sua oia huic ciuitatoni ad quā citabitur, quo ad respondens
attinet, incorporauit et incorporat, in primo citonis termino tanqs perem-
ptorio, stare, parere, respondere, pro vadioqs? pfato seu vadijs? pfati
tū et pro suma? essentiali tons quons citabitur vel citabuntur satisfacere te
nebitur, et ipsius successores tenebuntur. Nullum terminū occasione pmis-
sorū?, vera vel simplici infirmitat?, nec actione pro maiori siue pariis qui
busuis iudicialibus, aut ad aliqua munimenta causae necessaria differen?
nullisqs alijs modis, vijs, coloribus, cautellis iuridicis et extraiuridi-
cis exquisit? seu exquiren?, vezt bello, colloquio Conuentione, Inter
regno, prescriptione, particularibus siue gnalibus, lris? et decretis Re-
galibus Statutis et Consuetudinibus Regni laudat? seu laudan?, erroneo
iuris processu, ignorantia de cibone? ad misericordiam emanat?, minoritate
successoy, vel quod non feci luita pena faciam, absentia a Regno

tempore Interregni, insufficientia mrōnis pntis, incursu hostiū, et quibus-
uis legalibus impedimentis euadēn, ad quietationem præterquā ad acta
pntia Castren Sandomirien dilationē sibi nullā recipien, appellones di-
lationes, motiones et eas prosequtiones, euasiones iuratorias vel hui-
torias, exceptiones protencsq; a Judicio seu officio nullas facien et gna-
liter omnibus iuris et facti remedijs renunciat, et mādl sibi penitus in
auxilium conē pntem mrōnem assumen, Sub amissione suæ et suoz sudoz
totius causæ. Nulla pscriptione Terri aut diuturnitate temporis in præ-
missis obstante. Actum in Castro Sandomirien feria tertia in crastino
festi Purificationis Beatiss. Virginis Mariæ, Anno dnī Millesimo
quingentesimo Octuagesimo Septimo. Cristoph. Lodlodowski Locius
C. Sandomir &c. Et die idem personalē stans Magca Lopdia de
Oleszyno consoz ltmā pfati Castellani Sandomirien, in pntia et cū co
sensu eiusdem mariti sui, et Gnōsorum Joachimi Oleski Capitanei nri
Ostinensis fratris sui germani et Nicolai Lutomirski amici denodialis
Sic idem stantiū de omni iure suo etiam reformatorio, ipsā in bonis ipsius
Magci Castellani Sandomirien concernente, sup mrōnem pfatā con-
sensit, et eam in toto approbauit prout consentit et approbat pnti sua reco-
gnitione mediante. Quam pfati Castellani Sandomirien transportationi
suæq; comitis recognitionē approbatoriā nos suscepimus, ac rata habēn
illam in acta Cancriæ nræ inseri iussimus. Decernēn eam robur perpetuæ
firmitatis habere. In cuius rei fidem &c Datæ Cracouiæ die quatuorde-
cima Maij. Anno Millesimo, quingmo Octogmo Octauo. Regni nri primo
Alb. Dandi &c ut sup.

Idem transportat inscion

Sigismundus tertius &c Significamus &c Quia constitutus personaliter coram nobis et actis Cancellariae nrae Magcus Stanislaus Comes à Tarnow Castellanus Sandomirien's Stobnicenqs nr Capitaneus, a iure Terri et districtu suis quibuscuis proprijs et cõpetẽn recedẽn, et se cũ successoribus et bonis suis omnibus, quo ad actũ prẽntem huic iurisdoni nrae prati incorporan, sanus mente et corpore exns, ultro patamqs recognouit. Quia ille satisfaciendo insceroni suae infrascptae, per se Gnoso Sebestiano Gladyss super Summa Quatuor millium flor pcae debiti coram officio et actis Castren Capitan Sendomirien fact et recognit, euadendoqs vadiũ m illa contentũ, inscronem eandt nobis exhibitã, ad acta Cancellariae nrae transtulit et transportaunt, ac eandt quemadmodũ iste hic illo tempore, ita et nunc m omnibus eius conditionibus approbat et confirmat. Cuius inscronis tenor sequitur his verbis. Coram parens personaliter coram officio et actis prẽntibus Castren Surrogat Capitan Sandomirien illis et Magcus Stanislaus Comes de Tarnow Castellanus Sandomirien et Capitaneus Stobnican recedẽn à terris districtibus, iuribus, iurisdonibusqs suis quibuscuis proprijs et sibi competen, seqs cum bonis successoribusqs suis quo ad actũ prẽntem, iurisdoni huic Castren Sandomirien incorporan et subijcien, sanus mente et corpore exns non compulsus nec coactus, sed libere publice et expresse recognouit: Quia Generoso Sebastiano Gladyss et eius successoribus, Quatuor millia florenũ pcrm monetae et numeri m Regno Poloniae curren quemlt florenũ triginta grossis computando, cert; ti ven et liquidi debiti tenetur et est debitus, ac se et suos successores iure per Comes suos Saxoditarijs omnibus in districtu prẽnti Sandomirien. consisten inscribit et obligat pro feria Sexta post festum Sanctae Tri;

ſce Virginis per annũ proximè venturũ proxima, dare, ſoluere, et cita acta
Caſtren Dicensia reponere et reliquere, Sub ſimilis ſumæ vadio vizt Qua-
tuor millium flor pecæ Polon, per eundem Caſtellanũ Sandomirien. et ſucceſ-
ſores ſuos ꝓdicto Sebeſtiano Gladyſs et eius ſuccessoribus ad ſoluendũ ſuccum;
ben. Et hanc inſcriptionẽ ex Actis Dis Caſtren Sandomirien ad acta
quæcunqꝫ autentica Regni vim perpetuitatis habentia, ante decurſum vnius
anni ab hinc computan, idem ipſe Magcus Caſtellanus Sandomirien eis
Gnoſo Sebeſtiano Gladyſs et eius ſuccessoribus tranſferre, transportare, et
ſimilem inſcronem huic facere et recognoſcere. Ac etiam intra decurſũ
eiusdẽ temporis Magcam Zophiam de Ocieſzyno coniugem ſuã ltmam
cũ duobus illius amicis de linea paterna proximioribus conſanguineis, ad
conſentiendũ prãti inſcriptioni, quo ad ius ipſius reformatorii et aduita-
litium, vel aliud quodius ipſam in bonis ꝓfatis prãti inſcrone onerantis
concernens, adducere et perſonaliter ſtatuere, debet et tenebitur cum ſuis
ſuccessoribus: Sub alio simili et speciali vadio Quatuor millium flor pe-
cuniæ Polon, eidem Sebeſtiano Gladyſs et eius ſuccessoribus ad ſoluen ſuc-
cumben. Pro quibus quidem vadijs ſeu aliquo illorũ ſeorſim de non com
pletiõ ꝓmiſſor tam in parte quã in toto ad ſoluendũ succubit, pro ſu
maqꝫ ipſa principali non ſoluta, citatus exnc ꝓnominatus illis et Magcus
Staniſlaus Comes de Carnow ſucceſoresqꝫ Magcie ſue citati, ad inſtantia
ꝓfati Sebeſtiani Gladyſſ et eius ſuccessorum, ad officium Caſtren Cracovien
aut Dicense, extunc recedẽ a foro, iuriſdictione diſtrictu, iuribusqꝫ et
ꝓrogatiuis quibuſuis ſibi competen, in primo citationis termino, quẽ sibi
et ſuis ſuccessoribus conſtituit peremptorii, ſtare, parere, reſpondere, pro
vadijsqꝫ prefatis ſumaqꝫ ipſa principali non ſoluta, ac cãtibus ſa;
tiſfacere debet et tenebr cum ſuis ſuccessoribus. Terminũ ipsũ pri;

inum et alios consequentes, causæ terminoß, vera vel simplici ñfirmitaß
et actione pro maiori, et suspensionibus quibusuis non differendo, Con-
troversias exceptiones, dilationeß, motiones, appellationeß, ac earū prose
quutioneß nullas per adcitationes quasuis faciendo. Ad quietationē nulli
bi pter acta illa ad quæ citabitur cū suis successoribus dilationē sibi re
cipiēn, pœna xv ßß trium marcarū pedæ vadiorū pfatorū solutionem
aut quibusuis aliis panis non subterfugiēn. Et nec pscrone Certi, aut
euasione quauiß, tum nec legalibus impedimentiß quibusuiß, bello, collo-
quio Conuentionibus gnalibus siue particularibus, legationibus mitra et ex-
tra Regnū, peste, mundatione aquarū, fractura pontiū, minoritate suc
cessorū. Statutiß et Constitutionibus Regni, et consuetudinibus quibusuiß
in Judicijs et officijs obseruari solit, hiß decretisqß Regalibus, mala et
insufficienti citationiß scriptione, aut erroneo uiæ processu pfatum Gnosum
Sebestianum Gladysz et eius successoreß pro pmissiß euadēn, nec quicquā
sibi in auxiliū con miserationem pntem assumēn, Sub amissione suæ et suo-
rū successorum totiuß et integræ causæ. Actum in Castro Sandomirien si Sab
bato post festum Sanctæ Agnetis proximo. Anno dñi Millesimo, quin-
gentesimo, octuagesimo Septimo. Nicolaus Bemissawski Surrogat Captus
Sandomirien ßst. Cristoph. Lodlodowski Notarius C. Sandrien ßst
Et hic idem personaliter stans Magca Zofia de Odrowąż consors vtria
pfati Castellani Sandomirien in pntia et cum consensu eiusdē mariti sui et
Gnosor Joachimi Ogzieski Capitanei nri Olstinen fratriß sui germani
et Nicolai Lubomirski amici Clenodialis, hic idem stantiū, de omni uire
suo etiam reformatorio, ipsam in bonis suprascript ipsius mariti sui scere
ditarijs omnibus in districtu Sandomirien consisten, concernente, super
inserzonem pfatam consensit eamqß in toto approbauit, prout consentit

et approbat p̃senti sua recognitione mediante. Quam p̃fati Castellani Sandomirien̄ transportatione̅ sucess̄ coniugis recognitione̅ approbatoriā nos suscepimus, ac ratā haben̄ illam in acta Cancellarie nr̄e inseri iussimus. Decernen̄ eam robur perpetue firmitatis habere. In cuius rei fidem &c Data Cracouie die quatuordecima mensis Maij. Anno dn̄i Millesimo, quingent̄mo octuagesimo octauo. Regni nr̄i primo.

Dñs Dñus &c vt sup̄.

Gawronski fratri suo cedit.

Sigismundus tertius &c Significamus &c Quia constitutus personaliter coram nobis et Actis Cancellarie nr̄e Nobilis Stanislaus Gawronski de Strzed, dzim, recedendo a terris, districtibus, uiris, et uiridoniis suis quibus uis proprijs et competentibus, seq̄s cum bonis et suis successoribus uiri et uiridictioni nr̄e p̃senti incorporando et inuisceando, sanus mente et corpore ex̄s non compulsus nec coactus sed sponte, publice, libere et per expressum recognouit. Quia ille omne ac integrum uis suū quod sibi virore misericordie uxis transfusorij sibi per Nobile Cristoferū Gawronski fr̄em suum germanū coram gestis certis facta in et super summam Duorum millium et quingentorum florenorum pecie, numeri et monetae in Regno nr̄o cōmunis per Gnōsum olim Martinum Ostrolinski Capitaneum K[illegible] p̃dicto Nobili Cristoforo Gawronski fratri suo inscriptā, nec non inscriptionem eandē obligatoriā, qua idem Ostrolinski bona sua dicta, se in Villa Falkow consistentia, tum et alia dicta bona, tam sua quā etiam fratrum suorum germanorum vzt Ebigneī, Hieronymi, Andreae, Petri, et Nicolai Ostrolinscich, in Villa Krawodzieze consistentia p̃fato Cristoforo Gawronski in suma

suprad̃escripta obligant et inuadiant, competit et iuxta p̃fatã inscri
ptionẽ transtusoriã et condescensoriam sibi à p̃fato fratre suo Christo
phoro factam sezuit, in personã Nobilis Dauidis Andree Gawronski
fratris sui germani ac eius successoz transfert, inscribit et resignat,
Ribil iuris dominij et proprietatis ad eand̃ inscriptionem oppignoratoriã
summã, tum et bona in illa obligata sibi ac suis successoribus reseruan̄
aut excipien̄. Per ipsũ Nobilem Dauidem Andream Gawronski eiusq3
successoreq3, eandem summã bonaq3 in ea inscripta, quoad n̄ fuerint exs
pta, tu et inscriptionem p̃fatã obligatoriã tenen̄ habeñ utifruen̄, pacifi
cèq3 et quietè possiden̄, summã p̃fat leuan̄, tollen̄, de ea quitan̄, abiaq3
oria iuxta vim et tenoz̄ eiusdem inscriõis obligatoriae facien̄. Damq3 ex
nunc in hoc ipsũ ius, dat et admittit de facto, eidem Nobili Danieli
Andree Gawronski intromissionẽ, ac realem et effectualem pacificamq3
possionem, iuxta ius comune et receptam consuetudinẽ assequen̄, hac
sua personali recognitione mediañ. Eamq3 recognitionẽ nos admisimus, ac
robuz debitũ et iustũ habituza semper volumus. Atq3 in eius rei fidẽ
p̃sentes sigillo Regni n̄ri consignari iussimus. Date Cracouie die qua
tuordecima mensis Maij. Anno dñi Millesimo quingentesimo, octuages
mo Octauo Regni nostri primo

Dñus Rex mandauit vt sup̃.

Idẽ quietat Christoph̃ frem

Sigismundus tertius &c Significamus &c Quod coram nobis et q̃tis
Cancellarie nr̃e personaliter constitutus Nobilis Stanislaus Gawron
ski de Strachozin, a iure Terri et Distrectu suis ac bonoz̄ suorũ

vij.

recedendo, et se quo ad actum presentem, cũ suc̃oribus et bonis suis omni-
bus huic mæ iurisdictioni incorporando et subiciendo, sanus mente æquè ac
corpore exns, ultro, libere, palam, disertis et expressis verbis recognouit
Quia ille eliberando Nobilem Dauidem Andream Gawronski fratrem su-
um germanũ de inscriptionibus terr̃iby Gneznen̄ per eum occasione infrascri
ptor̃ Nobili Christophoro Gawronski fratri germano fact̃ tum et de
vadijs in eisdem inscr̃ibus descript̃ consentit super quietationes duas, quas
idem Dauid Andreas Gawronski, nomine suo in persona pfati Christopho-
ri coram Actis Terr̃ibus Gneznen̄ fecit. Alteram vigt de sum̃a Mille
florenor̃ pecũ debiti certi, alteram verò de sum̃a Sexcentor̃ flor̃
pecũ sibi recognoscenti per memoratũ Christophorũ, ratione arendæ bono
rũ sortis Villæ Rawodzicze et Falcyzow inscriptor̃ Peractatum itaq̃
Christophorum de eisdem sum̃is quietat et liberum facit. Inscriptionesq̃
siuè contractus vnà cum vadijs in toto cassat et mortificat, sibiq̃ et suis
successoribus ratione p̃missor̃ silentiũ imponit perpetuũ. Quã pfati Stanislai
Gawronski recognitionem nos suscepimus, ac ratã habẽn, robur debitũ et
iustũ illã semper obtinere decernimus. In cuius rei fidem &c Datæ Cato-
uiæ die decima quarta mensis Maij. Anno dñi Millesimo, quingentesimo o
ctuagesimo octauo. Regni nostri primo.

Nr̃tio Nr̃di &c vt sup.

Mag^co Christoph^o Kostka cõsens.
cedere tenuta Koscziersin filio suo dat
Sigismundus tertius &c Significamus &c Annuisse et consensisse nos
Mag^co Christophero Kostka de Stangenbergk Palatino Pomeraniæ

Golubensi, Kosczierzinensq3 Capitaneo nr̃o. propter illius erga nos Remq3 pub-
nr̃am egregia et p̃clara merita, vt ius suũ aduitaliciũ quod illi sup tenuta
Kosczierzinen. competit, m̃ persoñ filij sui Gnosti Cristopheri Kostka de
Stangenberg transfundere, actumq3 transfusionib, ad acta quae cumq3
autentica peragere possit et valeat, Quae quidem transfusio, vt primũ of
ficiose peracta fuerit, eam non secus ac si cor̃ nobis ipsis facta fuisset
ratam et gratam habituri sumus, iamq3 ab eo tempore habemus, Atq3
istam ipsam Tenutã Kosczierzinen, cũ omnibus praedys. Villis, alijsq3
pertinentijs, censibus, fructibus et cõmodis vniuersis, nullis penitus ex
ceptis, eidem Gnosto Christophoro Kostka, damus, concedimus et confer
mus praesentibus, hr̃is nr̃is, ad extrema vitae illius tempora, tenendũ et
possidend̃, ita tamen, vt de sũma pecũe in eadem Tenuta Ut̃me inscripta
iuxta Regni Constitutiones, quartã partem dimittere teneatur. Promit-
timusq3 pro nobis et Sez̃mis Successoribus nr̃is, quod quamdiu p̃fatus
Gnostus Christophorus Kostka in humanis egerit, ipsũ ab vsu fructu et
possessione p̃dictae tenutae nõ amouebimus, nec cuipiã amouendi p̃tãtem
faciemus, etiamsi id quantumuis grauis nr̃a et R̃R. necessitas postu
lauerit. Juribus nr̃is Regijs et Ecclesiarũ saluis ibiq3 per oĩa manen̄
In cuius rei fidem eõ Datae Cracouiae die Decimaquinta mensis Maij
Anno dn̄i Millesimo, quingentesimo, Octuagesimo Octauo. Regni nr̃i primo
Sigismundus Rex.

Zebrzidowscy bom fun obligant Sebest. Lubomirsk

Sigismundus tertius &c Significamus &c Quia comparentes personaliter coram nobis et Actis Cancellariæ nostræ Nūdus et Generosus Caspar Canonicus Cracouiensis et Andreas Zebrzydowscky de Wiezborzk fratres Germani, à Terris, districtibus, uiris dominibusq; suis quibusuis propriis recedendo, et se successoresq; suos cum bonis suis omnibus iurisdictioni præsenti quo ad actum hunc incorporando et subijciēn, liberè, publicè et expressè recognouerunt. Quia Generoso Sebestiano Lubomierski Cuppario et Burgrabio Cracouiēn Dobricenq; Capitaneo et eius successoribus vtrīs, tenentur certi, veri et liqui debiti mutuataeq; pecuniæ Summā Sedecem milliū flo: reno: pedæ quemlīt florenum triginta grossis Polonicis computan. In qua quidem suma Sedecem millium florenor pedæ, bona infrascripta, vēz totas et integras Villas Wyssolca, Sloawa, Faritde, Rdzawka, Item medietatē integram Villæ Spitkowicze, nec non totas Villas Toporzissco, Bystra, Hrobacze, atq; medietatem Oppidi Jordanow cū prædio in Wyssolca, ac molendinis quibusuis in Terra et Districtu Cracouiēn sita, cum omni iure, dominio et proprietate, ac cum Iuribus patronatus quibusuis respectu eorund bonorū, ad quascunq; Ecclesias se extendēn, omnibusq; et singulis eorund bonor, vtilitatibus, fructibus prouentibus, reditibus, et obuentionibus, attinentibusq; et pertinēn vniuersis, quomodolīt ad eadem bona spectan et pertinēn nihil iuris, dominij, et proprietatis, et quorumuis vsufructuū et vtilitatū in prædictis bonis pro se et suis successoribus ac quopiam alio reseruan seu excipiendo, sed ita late longè circumferentialiq;, prout eadem bona in suis metis et limitibus extenduntur, ab hinc ad festum Pentecos-
tes in anno dn̄i Millesimo, quingentesimo Octuagesimo Reno ven:

turñ, obligauerũt, inuadiauerunt, et modo obligatorio inscripserũt
prout obligant, inuadiant et inscribunt prñtibus - Per ipsum Sebe;
stianũ Lubomierski et eius successores, pdicta bona obligata, ad pdictũ
festũ Pentecostes in anno dñi Millesimo, quingentesimo, octuage;
simo primo venturũ, et in defectu pro tunc eorundẽ bonorũ exempti
onis, et summæ pfatæ pecuniariæ persolutionis, ad aliud simile Pentheco
stes per annum venturũ, et sic consequenter de anno in annũ, annis
et festis Pentecostes continuè et immediatè se sequẽn, vsqꝫ adplena
riam et integrã præfatæ summæ Sexdecim millium florũ pede exolutio
nẽ et pdictorũ bonorũ exemptionẽ simul et semel faciendã, tenẽn
dabẽn et possidẽn. Tenebuntur aut pdicti recognoscentes, cũ suis po
steris, citationem ad exemendũ contra pfatum Sebastianũ Lubomirski
vel successores eius sex septimanis ante tempus exemptionis, vꝫt ante
festum Pentecostes ponere. Quod si in arctiori tempore posuerint, nõ
tenebitur idẽ Sebestianus Lubomirski summã ipsam recipere, nec bonis
cedere, imo potens erit, ad aliũ annũ eaipsa bona tenere. Et iam ex
nunc præfati Caspar et Andreas Zebrzydowszcy fratres, eidem
Sebestiano Lubomirski et eius successoribus, in bona pfata prñti inscrõne
obligata, dederũt et admiserũt, dantꝫ et admittunt prñtibus, realem in
tromissionẽ et actualem pacificamꝫ possessionem cum prñtaneo vsufru
ctu per minialem quemcunꝫ ei et eis prñtibus ad id additum. Præ;
terea ýdem Caspar et Andreas Zebrzidowscÿ, debebunt et tene
buntur, ac se suosꝫ successores super bonis suis omnibus, mobilibus et
imobilibus, hæreditariÿs et obligatoriÿs, sumisꝫ pecuniariÿs nunc habit

et postea dabēn, p̄nominato Sebestiano Lubomirski et eius succesō-
bus, inscribunt et obligant p̄ntibus, tam coiunctim quā in solidū, seu qui-
lȝt illoȝ pro toto sese cum suis posteris inscribit et obligat, eundē Sebe-
stianū Lubomirski et eius succesores, in eisdē bonis obligatis, ac roñe eoȝ-
dem bonoȝ, tam in toto quā in minima parte, ab omnibus et singulis iurib⁹
oneribus, debitis, vnicuiis, et inscoībus prioribus et posteriōribus, tam pp̄e-
tuis quā ad tempus factis, ac etiam recemptionalibus, censibusq⁹ earundē
inscriptionū recemptionaliū ac alīs quibuscuis super bonis p̄fat, vel aliqua par-
te eoȝ facī et facien, ac quocunq⁹ iuris titulo cuicunq⁹ personarū seruien
Nec non a citationibus, adcitationibus, concitationibusq⁹, ad satisfacien et in-
notescen bradȳ Regalib⁹, et querellarū hmōi quibuscuis in eadē bona vel
aliquā partem eoȝ importat et importan, Lucris demiq⁹ et plucris, ac p̄-
cessibus iuris quibuscuis super bonis p̄fatis, vel aliqua parte eorū p̄ductis
et p̄ducen, acquisit et acquiren, in quocunq⁹ gradu et puncto iuris p̄enden et
existen, vadiȳq⁹ triplicatis inde sequutis, et gnāl ab omni impetitione
oim et singulaȝ personarū, statuū, sexus, conditionis, dignitatis et p̄emi-
nentiæ cuiuscuis existen, vsq⁹ ad exemptionē bonoȝ p̄fatorū, tōs quons l
opus et necesse fuerit, in omni Iudicio et officio Regni, tueri, interzedere
eximere, eliberare, ac obligt indemnē et indemnes reddere, Bonaq⁹ p̄fata
obligata semper munda, libera, et pacifica facere, intromissionē quoq⁹ cū pos-
sessione in eadem bona nō denegare, imo dare et liberē admittere, datamq⁹
et admissam per se et per suos quascuis submissas et subordinatas p̄sonas
non adimere neq⁹ p̄apedire, iniuriaq⁹ quascuis et damna nō inferre. Sub
vadio similis Summæ Sedecim millium flor̄ pedæ, per eosdem Cassarū et

Andream Febrzydowskie fratres sue coniunctim siue in solidū et eorū
successores ad soluendū p̄dicto Sebestiano Lubomirski et eius successoribus
